DISCEPTATIO MYSTICA, DE ORATIONE, ET CONTEMPLATIONE. AUCTORE R.P.FR...

Antonio : de la Anunciación



rius, producere & allegare iudici debet:
205 probabiliter enim ignorare potest[f]. si ex eiusdem, aut statuta publice nota sunt, &
206 volumini statutorum inserta, & ea producere necesse non est[g]: aut non sic publice nota sunt, quia nec volumini statutorum
207 inserta, & ea produci oportet: sicut & consuetudinem quæ iudicibus probanda est[h].
208 Sed nunquid correcta statuta allegari possunt? Et posse ad eorum decisionem quæ ante correctionem emerserunt[i], non posse ad decisionem eorum, quæ post correctionem emerserint[k], oẽs admittũt. Quinimo & falsi reos esse, qui ad hoc allegẽt[l].
209 Quid si particulam statuti producat aliquis, num id sufficiat? Et non sufficere
210 communiter traditum est, quòd inciuile sit, nisi tota lege perspecta, de vna eius particula iudicare[m]. Nec mutat, quòd id legislatores sæpe faciant[n]: in illis enim cessat omnis suspitio, quod & in iudice pari ratiõe doctores fatẽtur[o]. Postremò particulam testamenti quæ ad legatarium spectat producere, satis superque est[p], modò

appel. cog. in princ. k l.1. §. his igitur. C. de no. codi. cõpo. l l.1. §. falsi criminis. C. de no. codi. compo. m l. inciuile. ff. de legi. n l. 2. ff. ad l. aqui. l. ps literarũ. ff. de iudic. l. 1. §. cũ vrbem infra de off. præf. vrb. o l. 2. C. de offic. ciui. iudi. l. herennius. §. Caia ff. de cu. it. p l. argẽtarius. §. edi. ff. de eden. c.

15 Iustitia quo sensu dicatur voluntas.


16 Virtus nulla est (præter iustitiam) quæ mera voluntate feratur.

17 Virtutis cuiusque quid proprium sit?



VSTITIA.) 1

Iustitia duplex ad summũ est, diuina & humana. Diuinam Baldus, creatoris iusti 2
tiam appellat: quæ dubio procul constans & perpetua voluntas est, ius suum vnicuique tribuẽdi. Sed de ea iuris consultus non agit. Humana rursus duplex, aut in 3
homine aut extra hominem, siue in virtute ipsa, id est, (vt dialectici dicunt) aut in concreto, aut in abstracto. Prout in homi- 4
ne est, non diffinitur hic: nihil enim in eo constans, nihil perpetuum, nisi fortè cum Baldo ponas, in animo viri constantis, & perfecti: talis enim habitus non moritur: sicut anima diuina, perpetua, immortalis est: aut nisi (quod Bartolus & cæteri faciunt) constantiam tũc eam accipias, quæ in ho-



cãtur. Quę dupliciter intelligi poteſt, Pri
mum, quam actionem intendet quis, vt id
conſequatur, quod ſtatuto comprehen-
ditur. Deinde, an in iudicio (ſicut alia in-
ſtrumenta) produci ſtatuta debeant? Cir-
193 ca primum rurſus diſtinguitur, ius agendi
an excipiendi ſtatuta tribuant. Si agendi:
194 aut criminaliter, & accuſatio ex ſtatuto e-
rit, cum quis accuſat: vel officium iudicis,
195 cũ ex officio per inquiſitionem iudex pro
196 cedit: aut ciuiliter, & tũc ſi certa actio per
ſtatutum inducta eſt, illa vtemur. Alioqui
197 aut ſtatutũ eiuſmodi eſt, quod legẽ aliquã
communem interpretatur, & illa agen-
198 dum eſt [a]: aut eiuſmodi ſtatutũ eſt, quod
noue diſponit: & ſi formiter, ex iure forma
199 to agetur: ſi difformiter, condictione ex le
200 ge illa municipali [b]. Si verò ius excipien-
201 di tribuit, aut actoris ius ipſo iure reſcin-
dit, & ſufficiet ſolum ſtatutum quando-
202 cunque oſtendere [c]. Aut tribuitur ius exci
203 piendi vel excuſandi, & tunc exceptio vel
excuſatio infra debita tempora proponen
dæ ſunt [d]: quæ Bartoli diſtinctiones in ſta
tutis in pręſentia (in conſuetudine alibi ad
verbum ferè repetitæ [e]) à cæteris approbã

a l.nihil.ff. de cõiun cũ emanc.libe.
b l.1.ff.de condi.ex.l.
c l.quæ ſub conditione. §.fi.ff.de cõ. inſti.
d l.perem-ptorias.C.d ſen.reſ.non poſ.l.ſcire oportet.ff.d excuſ.tuto.
e Bar.in.l. de quibus. ad fin.ff.de legib.
f c.1.de cõ-ſtit.in.6.l. præſcriptio ne.C.ſi con. ius vel vti-li.pub.
g l.1 §.nã ſi quidẽ ita. ff.ad turpil.
h l.1.C.quæ ſit lon.con-ſue...

editio mandato iudicis facta ſit: idemq́ue ferè in aliis omnibus inſtrumentis Doctores vtriuſque iuris ad vnum aiunt [q].

X. *VLPIANVS. Libro primo Regularum.*



IVSTITIA eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi.

1 *Iuſtitia duplex eſt, diuina & humana.*
2 *Iuſtitia creatoris.*
3 *Iuſtitia humana duplex eſt.*
4 *Conſtans in homine nihil eſt.*
5 *Iuſtitia prout eſt extra hominem, duplex eſt.*
6 *Iuſtitia quodam ſenſu virtutes omnes complectitur.*
7 *Iuſtitia an fortitudo melior ſit virtus.*
8 *Auth. vt omnes obed. iudi. prouin. in prin. declaratum.*
9 *Iuſtitia ſpecialis quædam virtus eſt.*
10 *Iuſtitiæ proprium quid ſit? & nu. 16.*
11 *Iuſtitia alienum bonum eſt.*

q Barto.in rub.ff.d ... op.num. ... 7. Alexa nu.35. Iaſ nu.8.Bar. ... l.2.§.diem ff.quema... teſtam.a... Iaſ.in.l. ... C.de pra... impe.offi... Deci.in.c. num.72. ... probat.

168 auctoritate legis verbi significationē ponētis[a]: à definitione vt in testamento[b], tu
169 tela[c], obligatione[d], actione[e] videmus: ab etymologia, seu allusione[f]: quæ tamen co
170 gnitio ex quibusdam infirmari solet. Primo si diffinitioni etymologia repugnet:
171 tunc enim definitioni stabimus. Ecce testamenti etymus ille est, testatio mentis:
non tamen codicillus testamentum est[g],
172 quanlibet in codillis quoque testatores mentem testentur. Quid igitur? Certè ea demum testatio testm̄ erit, cui definitio quadrabit[h]: hæcque approbata ab omnibus sententia est[i]. Secundo, cum etymologia repugnat limitationi naturę seu qualitatis, quam lex ipsa attribuit. Ecce, mu-
173 tuum inde dictum est, quòd de meo tuum fiat[k]. Neque tamen vbicunque de meo tuum factum erit, mutuum dicetur: nisi & aliæ quoque qualitates cōcurrant, quæ mutui propriæ sunt. Tertio, si communis vsus loquendi repugnet[l]. Ille enim non etymo aut allusioni tantum, sed & defini-
174 tioni cuique præfertur[m]. Quarto, in nominibus propriis: non ergò sequitur Bononetus hic vocatur, ergò Bononiensis est[n]. ...

tariæ locum habebunt[y]. Dubio procul er- 180
go & in filij familias testamento quod iure nostro validum est[z]. Sed nūquid inter- 181
pretatio per locum à contrario sensu fiet? Et Bartolus, & alii cocludunt, non sumi argumentum, si casus quià contrario sensu sumitur, per ius cōmune decisus sit: Quemadmodum verò genus hoc argumē- 182
ti procedat, late fusus & multiplex tractatus est, & quem hoc loci non est cur incul cem. Quid de eo quod in casu vero statutum est, an ad fictum extendemus? Et re- 183
gula est, extensionem non esse faciendā[a]: quod tamē Abbas, Felinus[b], Imola[c], Aretinus[d], & Socinus[e] varie ornant. Quid si 184
in personam alicuius (verbi gratia) Titii concepta statuta sint? Et ad alias personas non extendi omnes fatētur[f]. Quid de tem 185
pore? an quod per verba præteriti, aut præsentis temporis statutum est, ad futurum extenditur? Et distinguēdum est, delicto- 186
rum indulgentiam statutum contineat, an aliam dispositionem. Primo casu, ad futurum extēsio nō fit[g], ne detur materia delinquendi[h]. Finge ergo lege municipali 187
cautum, vt quicunque sunt aut fuerint ...

a l.proprie. ... cū simil. ff. de verb. sig. b l.1. ff. de testa. c l.1. ff. de ... d in princ. inst. de obli. e In princ. inst. de actio. f l. pupill. ... territorium ... de verb. ... g l. sidem de codic. h l.1. ff. de ... i Ang. in ... inst. ... nu. 5. ... l.2. §. ... appellata ... ff. si cer. ... l.2. §. ap... ... ff. si ... pet. ... ff. de verb. ... Alb. in ...

y Crot. nu. 122. x l.1. §.1. ff. de muneri. y l.1. §. lex falcidia. ff. ad l. falci. z l.5. tauri. a l.3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. b Abb. et Felinus in c. ... sū de deci. c Imo. in l. 1. §. lex falci. dia. ff. ad l. fal. d Aret. in l. gallus. §. et qd si tantū col. 6. e Soci. cons. 252. col. 4. et cōs. 293. col. pe. vol. 2. et cōs. 260. col. 8. f l.1. ad ff. ...

DISCEPTATIO MYSTICA, DE ORATIONE, ET CONTEMPLATIONE.

AVCTORE

R.P. Fr. ANTONIO AB ANNVNTIATIONE, OLIM in Complutensi. Divi Cyrilli Collegio Carmelitarum Discalceatorum eiusdem facultatis Lectore: Nunc autem Diffinitore Generali.


R.P. N. Fr. JOANNI A CONCEPTIONE, EIVSDEM Familiæ Meritissimo Generali Congregationis Hispaniæ Dicata.

SECVNDA EDITIO.

Anno  1694.

CVM PRIVILEGIO.

BACINONE: Ex Typ. RAPHAELIS FIGVERò.



R. P. N.

Fr. IOANNI A CONCEPTIONE TOTIVS

NOSTRÆ HISPANICÆ CARMELITANÆ Familiæ Primitivæ Obſervantiæ Protoparenti. Æliani ſpiritus Vigilantiſſimo Promotori. Reformationis Thereſianæ Generali Dignißimo.

DISCEPTATIO Myſtica, *Benigniſſime Pater*, in tuas, ſpontè labitur manus, & quaſi ſuo pondere tibi defertur. Quidquid enim in ea diſſeritur. Tibi, vt cõmuni omnium Myſticæ Diſcliplinæ Magiſtro, alumnorumque Carmeli educatori Generali venuſtiſſimè congruit. Etſi fatendum ſit mihi, non ſemel in animo fuiſſe Beatiſſimo Ioſepho Virginis Mariæ de Monte Carmelo Sponſo, hanc noſtram Diſceptationem eſſe ſacrandam: vel ob tanti Parriarchæ, in noſtram familiam Patrocinium, vel ob Magiſtræ Thereſiæ, cœleſtis doctrinæ proclamationem,

 qua,

qua, vt advocatus pro orationis exercitio deditis apud Patrem luminum omnibus ab ea proponitur: *Personas* (inquit cap. 6. vitæ suæ) *de oracion siempre le avian de ser aficionadas*. Et inferiùs: *Quien no hallare Maestro que le enseñe oracion, tome este glorioso Santo por Maestro, y no errara en el camino*. Nihilominus tibi offerendam decrevi; vt autem facti rationes clementer accipias, & oblationem non indignanter aspicias, supplex oro: ac primum quidem, cùm Disceptatio nostra ex tuo prodierit ore (iussisti namque me manum illi dare) haud dubium congruit, vt ad suam redeat, vnde prodivit, causam, aut scaturivit fontem puriorem. Nec meam (vt potuit) coægit libertatem ingenuitas nobilitatis eximiæ, aut sanguinis excellentia, qua te natura donis hæreditarijs purpuravit, decoravitque; Progenitorum tuorum enim claritatem tenet Gotoloniæ Principatus; in quo ex antiquissima, atque Nobilissima Progenie de Alaman, & Descallar faustissimè processisti: Sicut, & fidelissimi pro nostro Rege, & Regno Hispaniæ propugnatores processerunt. Inter quos (omnibus numeris absolutus) DD. Iayme de Alaman, & Descallar, Vterinus Frater; & Domus tua sub titulo, Dominio de Callûs, & de Castello, qui de Parmarola dicitur, quique pro defensione, contra Gallorum invasiones oppidi de Ripoll bona amplissima, & vitam post multorum laborum cumulos perpessus, in ara fidelitatis suæ Regi Philippo IIII. & Regno Hispaniæ

glo-

gloriosissimè obtulit, vt æterna monumenta tenebunt. Hæc inquam, & alia per quam amplissima Progenitorum tuorum facinora mitto: quia cum sit (inquit Ausolonius in Solonis sent.) *Pulcrius multo parari, quam creari Nobilem:* Ne tua ex virtute claritatem offendam, vel potius quia: *Iam secularis dilectionis*: Vt ad Eugypium S. Fulgentius Epist. 6. cap. 2. habet: *Nexibus non teneris, mundum contemnendum calcas: nunc vero confutato proveheris, nunc fœlici triumpho certissimè sublimaris, non cui populus Romanus, vel Hispanus aplaudat, sed cui Angelicus cætus adaugeat*. Ad altiora me motiua converto, vt secularem enim excellentiam calcares in Provincias Santissimi Iosephi tutelata Patrocinio, Elianum suscepisti institutum, & habitum, quæ te habuisse non absque magno subditorum profectu. Quinquies Priorem meruit, & semel, & iterum Provincialem; nec non nunc pro tota Aragoniæ Corona Diffinitorem Generalem meritissimum. Illerdæ insuper Cathedralis Ecclesiæ per sexennium Canonicum Magistralem, pro Scripturæ Sacræ Magisterio Concionatorem eximium. Postmodum ex eadem Provincia R. P. Fr. Ioannes à Sancto Ioseph olim Diffinitoris Generalis pro eadem Provincia munere decoratus. Nunc autem Barcinonensis Prior himnos, & officium de Patrocinio S. Iosephi pro nostra Familia celebrandum confecit, quod & Sanctissimus Innocentius XI. & approbavit, & nostræ reformationi Domi-

minica 3. post Pascham sub Ritu duplici 2. Clasis celebrandum concessit. Quibus obsequijs, illius Observantissimæ Provinciæ respondens, Santissimus Patriarcha Iosephus, atque toti Ordinis vt Patronum se pandens; in primo Capitulo Generali in quo S. Iosephi Patrocinium celebratum est (nullo ex vocalibus deficiente) ex Provincia Sancti Ioseph, ad Generalis totius Congregationis Hispaniæ dignitatem assumptus es. Proinde, & te, & quidquid Divo Iosepho obtuleris gratum fore non dubito: Manibus igitur tuis Disceptatio nostra commendatur, vt sic gratus Santissimo Iosepho famulatus exhibeatur, & meum dignitatis defectum oblationem maculasse non deploretur. Vale vive, & nobis in æternum impera. In hoc nostro Conventu de Ocaña, die 8. Martij in quo Patrocinium S. Iosephi celebratur, Anno Domini 1683.

Humilimus Subditus

Fr. Antonius ab Anunciatione.

IESVS

JESVS MARIA JOSEPH.

FRater Joannes á Conceptione Generalis Ordinis Diſcalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmeli de concenſu noſtri Diffinitorij, vt Liber cuius titulus eſt: *Diſceptatio Myſtica de Contemplatione, &c.* à P. Fr. Antonio ab Anuntiatione, Priore noſtri Conventus dicti vulgariter de Ocaña, ſuis elucubrationibus accuratè compoſitus, & à gravioribus, Doctiſque viris noſtri Ordinis (quibus ipſum videndum, & examinandum commiſimus) recognitus, & approbatus typis mandetur, & in lucem prodeat obtentis facultatibus neceſſarijs, tenore præſentium licentiam concedimus. Dat. &c. in noſtro Conventu Abulenſe, die ſexta menſis Octobris Anni Domini milleſimi ſexcenteſimi octogeſimi quinti.

Fr. Ioannes à Conceptione,
Generalis.

Fr. Emmanuel à Sancto Ioſeph,
Secretar.

LI-

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS El Licenciado D. Alonſo Portillo, y Cardos, Vicario de eſta Villa de Madrid, y ſu partido, &c. Damos licencia para que por lo que á Nos toca ſe pueda imprimir, è imprima el Libro intitulado: *Diſceptatio Myſtica de Oratione, & Contemplatione*: Compueſto por el muy Reverendo Padre Fray Antonio de la Anunciacion, Carmelita Deſcalzo, y Prior actual de ſu Convento de Ocaña: atento por la cenſura ante Nos preſentada, conſta no aver en èl coſa contra nueſtra Santa Fè Catolica, y buenas coſtumbres. Dado en Madrid à veinte y cinco de Febrero de mil y ſeiſcientos y ochenta y ſiete.

Lic. D. Alonſo Portillo y Cardos.

Por ſu mandado
Iuan Alviz de llamas,
Notario.

Suma del Privilegio.

TIene Privilegio el R^mo^ P. Fr. Antonio de la Anunciacion, Religioſo de la Orden del Carmen Deſcalzo, y Lector de Theologia en el Colegio de ſu Religion de Alcalá, por tiempo de diez años para poder imprimir eſte libro intitulado: *Diſceptatio Myſtica de Oratione, & Contemplatione*: como mas largamente conſta de dicho privilegio. Fecho en el Buen Retiro á 13. del mes de Março de 1689.

CEN-

CENSVRA R.P. LECTORIS Fr. NICOLAI MOTAS in Collegio Prædicatorum Sanctorum Vincentij, & Raymundi, Sacræ Paginæ moderatoris.

DIsceptationem hanc Mysticam de Oratione, & contemplatione; Auctore R^mo^ P.Fr. Antonio ab Annunciatione, olim, in Complutensi Divi Cyrilli Collegio Carmelitarum Discalceatorum eiusdem facultatis Lectore, nunc aut merié tissimo Diffinitore Generali, mihi commisit D.D. Franciscus Riu, huius Diœcesis Barchinonensis Vicarius Generalis, & istius iussui obtemperando, perscrutans ergò omnia in hoc libro scripta, eaque reperiens, tam censura vacua, quam admiratione plena; de labijs Cassiodori placitum fuit mihi, verba subripere, quibus alterius celebre aprobavit volumen, sic loquentis: *Ornas excelse, doces, delectas, & afficis.* Nihil quidem est hic, in quo virgula censoria exerceri possit, nam illius doctrina in methodo, in claritate, in efficacia, in soliditate, inopinata compaginatur excellencia. Prodire ergo potest opus istud in auram publici conspectus, non vt lucem inveniat, sed vt omnibus elucescat, cum certè decus animarum illuminet. Et (vt verbis Enodij concludam) dictare queo, quod, *dicendi formam doctissimis tribuis)* Sic sentio, & subscribo in Collegio prædicto, Barchinone die 28. Aprilis Anno Domini 1694.

Fr. Nicolaus Motas.

Die 14. Maij 1694.
Imprimatur.
Riu Offic. & Vic. Gen.

APPROBATIO P. AUGUSTINI A D. THOMA *Aquinate Paup. Matr. Dei Scholar Piar. Commiss. Generalis.*

OPus hoc, cui titulus: *Disceptatio Mystica de Oratione, & Contemplatione*, Authore R$^{mo.}$ P. Fr. Antonio ab Annuntiatione Carmelita Discalceato, nec non novæ Castellæ Diffinitore Generali, iussu per Illustris Domini D. Michaelis Ioannis de Taverner & Rubi, Canonici, & Archidiaconi Metropolitanæ Ecclesiæ Tarraconensis Hispaniarum Primatis, Catholicæ Magestatis, à Concilijs, dignissimi Cancellarij in Gotholaunico Senatu, &c. Lubens perlegi; nihilque in eo quod bonis moribus, aut Regis sanctionibus obsit, quinimmo omnia vtilia cuiuscumque status, & conditionis animabus, reperi. Author N. ad Orationem, & Dei vnionem viam aperit; sed dum acute in hoc disputat, mentem illustrat, & voluntatem inflammat. Denique Authorem, tam dignum præmio, quàm librum elogio, salvo semper meliori iudicio, censeo. Barcinonæ Kalen. Aprilis Ann. Domini M.DC.XCIV.

Agustinus à D. Thoma Aquinate.

Die 15. *Iunij* 1694.
Imprimatur.
Tavarner & Rubi Cancel.

Ope-

Operis Ratio, & Methodus.

CREAVIT D. O. M. in Carmelitano Reformationis nostræ firmaméto duo luminaria magna, SS. Matrem nostram THERESIAM, & B. P. N. IOANNEM à CRVCE, quibus (velut Sole, & Luna vniversum Orbem) Divinæ Sapientiæ radijs, vniversa Ecclesia splendoribus Mysticis delucidata est. Hanc propinquiùs accipientes lucem, plures Nostræ Familiæ Scriptores, sedulò, curavere litteris mandare, quæ ipsi á primis Parentibus, divinitùs, acceperunt: ab ipsisquè sancto zelo, & studio laudabili tanta sunt exarata de Mystica Theologia volumina, quòd in hoc Carmelitano Firmamento, velut Stellæ, á Sole, & Luna, quasi Astra mutuasse Sapientiam videantur, iuxta illud Daniel. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas fulgebunt æternitates*: Talibus igitur eruditus doctrinis, & præcipuè obedientiæ compulsus efficacia; summoperè curavi in nostra Disceptatione, prædictorum Doctorum concinnare doctrinam. Non quidem pari gressu; imò imbeciliori, sine dubio, sufficientia, & meritis; ideò non de meo, haud ex me quidquam trado, sed de indeficientibus æternæ sapientiæ Thesauris SS. Matri nostræ THERESIÆ, & B. P. N. IOANNI à CRVCE divinitus collatis, & Authoribus nostris transfusis, omnia transcripsimus, vt sit legentes firmiùs nostræ doctrinæ fidem darent.

Methodus autem in formam disceptationis inclinat; eò quòd quandoque argumenta solvuntur: quia tamen materia Mystica est, non omninò Scholasticis terminis, & distinctionibus abundat. Curabimus brevibus articulis singula præstringere, vt sic Lectores Sacræ Scripturæ, quibus doctrinis Mysticis Scholasticos erudiri competit in Religione nostra (sic enim in decretis Capituli Generalis de-

erectum est) possint pro qualibet lectione Articulum quemlibet percurrere. Claritatem in omnibus desidero; nec in sublimitate sermonis spem acceptationis repono, sed in ostentione spiritus, & virtutis: idest, in declaratione doctrinæ. Quàmvis non ita elegantibus grammaticorum phrasibus involutam doctrimam tradiderim.

Totam Disceptationem, sub quatuor tractatibus inclusimus, singuli autem tractatus, quatuor continent quæstiones, cùm tamen ipsæ quæstiones, in articulos dividantur, in primo Tractatu incipimus à natura Orationis, & eius diversitate; in secundo de Contemplatione adquisita agitur; in tertio, de Contemplatione infusa, & Mystica Theologia; & in quarto de contingentibus viris contemplativis.

Non me latet, aliquos nostri Ordinis Authores exordium sumpsisse á quæstione procemiali, in qua quid sit Mystica Theologia inquiritur, & de phrasibus Mysticæ scientiæ agunt, sed quia inter omnia difficillima, difficillimum est Mysticæ Theologiæ naturam examinare; eò quòd mysticum idem est quod occultum; & phrases Mysticorum respectivè ad diversos animæ status accipiuntur; quibus ignoratis; vix percipi possunt earum significata. Ideò nos á facilioribus incipiendo, ab exercitio orationis, præcipuè mentalis exordium sumimus. Eo ordine, quo regulariter divina misericordia animam ad vnionem divinam, in statu Mysticæ Theologiæ per gradus perducit, nostram trademus doctrinam. Vtinam ad laudem Dei, & vtilitatem animarum; quidquid autem minus consonum Doctrinæ Catholicæ, aut Sanctorum Parentum Theresiæ, Ioannis à Cruce præceptis inveniatur, libentissimo animo retractare paratus sum.

INDI-

INDEX TRACTATVVM QVÆSTIONVM, ET ARTICVLORVM.

TRACTATVS I.

De Oratione, & eius diversitate.

QVÆST. PRIMA.

De Oratione in genere.

QVÆST. SECVNDA.

De oratione mentali.

QVÆST. TERTIA.

De circumstantijs Orationis Mentalis.

QVÆST. QVARTA.

De incipientium exercitijs, quibus purgati ad vitam spiritualem tendunt.

TRA-

TRACTATVS II.

De contemplatione Divina acquisita, 72.

QVÆST. PRIMA.

De Purgatione passiva partis sensitivæ, in obscura nocte sensus.

QVÆST. SECVNDA.

De Proximioribus dispositionibus ad contemplationem adquisitam.

QVÆST. TERTIA.

De Contemplationis acquisitæ natura.

QVÆST. QVARTA.

De concomitantibus contemplationem acquisitam.

TRACTATVS III.

De Contemplatione infusa. 145.

QVÆST. PRIMA.

De Purgatione passiva partis intellectiva.

QVÆST. SECVNDA.

De contemplationis infusæ supernaturalis, & Mysticæ Theologiæ actibus.

QVÆST. TERTIA.

De causis extrinsecis Contemplationis infusæ.

QVÆST.



DIS-

DISCEPTATIO MYSTICA DE ORATIONE, ET CONTEMPLATIONE.

TRACTATVS I.

DE ORATIONE, ET EIVS DIVERSITATE.



VM Sumus in corpore peregrinamur á Domino, inquit Apostolus scribens ad Chorinthios cap. 5. vers. 6. Cuius peregrinationis metam, vt tuto attingere possimus, Deus per Psalmistam nobis iter ostendit, dum ait Psal. 33. v. 15. *Recede á malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam*. Quibus in verbis triplicem contemplationis statum amplexus est: incipientium scilicet per recessum à malo, proficientium per operationem boni, perfectorum denique per inquisitionem, & per sequutionem pacis. Hæ tres apud Doctores Mysticos viæ sunt, quibus à Domino peregrinantes ad contemplationis divinæ fastigium ascendunt: via scilicet *Purgativa, Illuminativa, & Vnitiva*. Harum igitur viarum anfractus detegere, quo securius percurri possint, huius nostri operis est scopus. Vt autem maiori cum claritate procedamus, in quatuor id

2. Ad Corint.

dividimus partes. In quarum prima de incipientium exercitijs, de que modo ipsis proprio animum purgandi, erit sermo. In secunda de proficientium Illuminatione. In tertia de Perfectorum vnione. Denique in quarta de Visionibus, Loquutionibus, Raptibus, alijsque huiusmodi, quæ contemplativi experiri solent, & pati. Quibus absolvendis sit.

QVÆSTIO PRIMA.

DE ORATIONE IN GENERE.

Ambigua prorsus huius vocis Oratio *significatio est. Etenim iuxta D. Hieronymum scribentem ad Cyprianum Epist. 139. plura habet significata. Diversimode namque tum apud grammaticos, tum apud Rethores, & Logicos vsurpatur. Omnis loquentium sermo oratio á grāmaticis appellatur. Tullius Rethorum Princeps orationem definivit:* Rerum sermonem, atque contentionem. *Dialecticis idem est oratio ac* Plures voces congruè se habentes, & diversa significantes. *Sunt, & aliæ huius vocis acceptiones, quas omnes, vt á nostro alienas instituto, prætermittimus. Est igitur, oratio, de qua nunc, Religionis actus, cuius ampla satis materia, nec facile, si singulos ipsius effectus, & circumstantias explanare libuerit, comprehendenda. Quo circa nè in ipso operis nostri limine Lectorem terreamus, á facilioribus, seu generalibus ducimus exordium, ad difficiliora, sive particularia (Deo dante) descensuri.*

Hieronymus.

)(†)(

ART.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex sit oratio in Genere?

QVæstionem *An est* consulto omittimus, cum orationis esse tàm sacrarum series scripturarum, quàm fidelium omnium consensus, ipsaque experientia demonstrent: qua propter ab indagatione quidditatis illius exordimur; quod quidem aptius fieri nequit, quam illius definitionem in medium adducendo.

D. Th. 1 Oratio igitur iuxta D.Th. 2.2.q.83.*art*.17.*in corp.est*: *Ascensus intellectus in Deum*. Sic eam prius definierat Damascenus *lib*. 3. *de Fide cap*. 24. orationem appellans ascensum mētis in Deum. Sic, & D. Augustinus *serm*.130.*de temp*. *quid autem* (aiebat) *est oratio, nisi ascensus animæ de terrestribus ad cœlestia, inquisitio supernorum, invisibilium desiderium?* Et lib. de spirit. & anim. cap. 50. oratio est (inquit) *Conversio mentis in Deum per pium, & humilem affectum*. Sic tandem apud nostrates mysticos Sanctorum Patrum vestigijs inhærentes V. P. Fr. Ioannes à Iesu Maria, *in schola orationis*. *Tract*. 2. & N. P. Fr. Ioseph à Iesu Maria in lib. de ascensu mentis in Deum *cap*. 10. quibus accedit Suarez *tom*. 2. *de Relig. lib*. 1. *cap*. 1. *num*. 6.

Damascenus. Augustinus.

2 Ratione etiam probatur huius bonitas definitionis: illa namque generalis est diffinitio, quæ pluribus congruit, sub aliqua ratione generali communi omnibus, in eisque diversificatæ: sed omnis oratio, sive vocalis sit, sive mentalis, sive per meditationem, sive per contemplationem exerceatur, est ascensus mentis in Deum: ergo prædicta definitio naturam orationis in genere apprimè manifestat.

3 Dividitur autem adæquatè oratio generaliter, & communissimè accepta in mentalem, & vocalem. Suadetur breviter conclusio: nam omnis orandi modus, sive petitio sit, sive obsecratio, seu gratiarum actio, vel fit ad Deum erecta mente, nulla interveniente voce; vel fit voce ipsa exprimente interiorem affectum: si primum? Mentalis erit; si secundum? Vocalis oratio: ergo hæc generaliter sumpta adæquatè dividitur in mentalem, & vocalem.

4 Tertium dividens membrum nonnulli assignant, nimirum *bonam operationem*, sicque orationem dividunt in mentis, oris, & operis. Huicque favere videtur opinioni Glossa ad illud 1. ad Thesal. 5. vers. 7. *Sine intermissione orate*; vbi sic habet: *Semper iuste vivite, nam iustus nunquam desinit orare; nisi desinat iustus esse. Semper orat, qui semper bene agit*. Favet etiam Richardus *in* 4. *dist*.

1. ad Thesalonicēses. Glossa ibi. Richardus.

15. art. 4. q. 2. Hanc itidem secutus est divisionem Vvicleph, qui (teste nostro Vvaldensi tom. 3. cap. 1. & 2.) in mentalem, vocalem, & vitalem divisit orationem. Vitalem, quam in bonis operibus consistere aiebat. Attamen hæc divisio vel ob solum Patronum deserenda. Piaculare enim arbitror cum hæreticis vel solis vocibus convenire. Quapropter dico bonam operationem valde metaphoricè orationem nuncupari, esseque vel tantum dispositionem; vel orationis effectum, quod non leviter insinuat Nissenus *lib. de orat.* in principio dicens: *Oratio, conversatio, & sermocinatio cum Deo est, & malorum subversio, ac peccatorum emendatio.*

Vvicleph. *Vvaldensis.* *Nissen.*

Ex his manifeste sequitur falsò imposuisse. Navarrum *tract. de orat. cap. 1. n. 18. & 29.* Angelico Doctori divisionem orationis Evangelicæ in bonam, & malam. Etenim Angelicus ipse Præceptor *in 4 dist. 15. q. 4. art. 1. quæstiunc. 1.* sic concludit: *Vnde definitio Damasceni: oratio est petitio decentium à Deo, vtilissimè essentiam orationis declarat.* Petitio igitur sive à Deo mala exquirat, sive bona malè, oratio non est; est tamen petitio, conformiter ad mentem D. Thom. *loc. cit. quæstiunc. 2.* Qua de re Cayetanus 2. 2. q. 83. *art. 4.* inquit: *Petitionem, qua aliquid malum à Deo petitur, nō esse orationem, sed execrationē.*

Nava.

Hîc de subdivisionibus orationis tàm mentalis, quàm vocalis restabat agendum, at quia vocalem subdividere moralium Theologorum est; mentalis autem differentias pleno hoc opere proponemus, ab vtriusque pro nunc prolixiori supersedemus indagatione.

ARTIC. II.

Vtrum oratio vocalis essentialiter à mentali distinguatur.

6 ORationem vocalem realiter á purè mentali distingui saltim in esse entis, distinctioneque excludentis ab excluso indubitatum est: excludit enim purè mentalis vocis prolationem; quare solum est difficultas, sit nè hæc distinctio non solum in esse entis; verum, & in esse orationis essentialis, ad eum sanè modum, quo inquiri solet: Vtrum plures actiones ad homicidium concurrentes, quæque realiter in esse entis distinguuntur, in esse moris similiter diversificentur?

7 Dico primo: nulla oratio vocalis verè talis est absque mentalis consortio. Sic Mystica Doctrix Seraphica M. nostra Theresia *cap. 24. via perfect.* vbi loquens de vocali oratione in fine ait: *Teneis razon en dezir que ya es oracion mental; mas yo os digo cierto, que no se* S. Theresa.

como

como lo aparte si ha de ser bien rezado lo vocal, y entendiendo con quien hablamos, y aun es obligacion, que procuremos rezar con advertencia.

Probatur deinde efficaci ratione: nam oratio vocalis, vt oratio est, humana debet esse actio: sed actio hominis absque vlla advertentia, & rationis directione in mente existente, actio humana non est, & si hominis actio dici possit, vt tradunt communiter Thomistæ cum Angelico Magistro 1.2. *q.* 1. *art.* 1. *in corp.* ergo oratio vocalis absque vllo exercitio rationis oratio propriè non est.

8 Dico 2. vocalis oratio, qua talis, & prout exprimit ordinem ad mentis considerationem, motionemque voluntatis non essentialiter, sed accidentaliter tantum à mentali distinguitur.

Explicatur conclusio: Itaque verba hæc: *Deus in adiutorium meum intende*, exterius prolata dupliciter considerari possunt. Primo secundum se, & vt præscindunt, vel potius excludunt significare conceptum mentis, & pro vt sic nec orationis nomen merentur, vt benè notat Suarez *lib.* 1. *de orat. in Prolog.* Belarmin. *lib.* 8. *de bona operatione cap.* 2. eadem enim profert verba Psytacus, vel delirans, quin sint oratio, eo præcisè quia significatione carent. Vnde D.Th. *loc. nuper cit.* ait: *Differt homo ab alijs irrationalibus creaturis in hoc, quod est suorum actuum Dominus ..... per rationem, & voluntatem.*

Possunt secundo considerari prædicta verba, vt explicant coniunctionem cum mente, & voluntate, vt significantia interiores actus, qua ratione dubitatur an in se, & prout dicunt sua prædicata essentialia realiter per propriam differentiam ab oratione mentali distinguantur.

Conclusio est negativa, quæ sic explicata suadetur. Quia oratio est actus rationis, vt cum D. Thom. 2.2. *q.* 83. *art.* 1. dicemus *art. nostro seq.* Sed verba illa adhuc vt procedentia ex consideratione rationis, & motione voluntatis non sunt actus rationis, licet sint effectus: ergo non sunt oratio. Præterea actus orationis in se, & ab intrinseco est meritorius, & impetratorius, vt ibidem docet ipse Angelic. D. *art.* 15. *per tot.* sed verba illa adhuc vt procedunt ex ordinatione rationis, & motione voluntatis in se, & ab intrinseco meritoria non sunt: ergo neque oratio. Minor, in qua est difficultas, probatur: quia vt tradunt nostri Salm. *tract.* 16. *de Merito disp.* 1. *n.* 9. actus externorum membrorum ab intrinseco, & ex se, adhuc in ordine ad voluntatem, & rationem, non sunt voluntarij, & liberi, ac proinde nec ab intrinseco, & in se meritorij; eodem

eodem namque modo intrinsecitatis habet quilibet actus rationem meriti (hoc enim fundatur in voluntarietate, & libertate) quo est voluntarius, & liber. Vnde inquit D. Thom. 1. 2. q. 74. art. 2. ad 3. *Dicendum quod membra corporis non sunt principia actus, sed solum organa, vnde, & comparantur ad animam moventem, sicut servus, qui agitur, & non agit. Potentiæ autem appetitivæ interiores comparantur ad rationem quasi liberæ: quia agunt quodammodo, & aguntur, vt patet per id quod dicitur 1. Polyticor. Et præterea actus exteriorum membrorum sunt actiones in exteriorem materiam transeuntes, sicut patet de percussione.* Cum igitur voces illæ sint externi organi actiones in se non sunt liberæ, & voluntariæ, & si voluntatis sint, & libertatis effectus, subindeque orationis; non vero constitutivè ipsa oratio.

D. Th.

9 Constat igitur ex his falsam esse Navarri doctrinam, *qui tom. 3. tract. de orat. in corollar. 14. ad cap. 1. num. 20.* sic ait: *Triplex est oratio mentalis tantum, verbalis, & scripta tantum; & mixta. Siquidem, quandoque oramus mente sola, aliquando solis verbis, nihil animo concipiendo, ne quid dicamus cogitando, nonnunquam vtroque modo exprimendo, vel scribendo cogitata, & in id quod dicimus, vel scribimus mentis aciē intendendo.* Hæc inquam doctrina falsa est. Nihil cogitantes orare possumus solo verbo aut scripto? Ergo absque vlla advertentia, vel intelligentia, aut cognitione? Orabit igitur amens, orabit somnians? & quod intolerabilius est, orabunt Turdus, Psytacus, & garula pica (omnes siquidem voces proferunt) quo quid absurdius!

Navarrus.

10 Hinc apparet efficacia rationis, qua Seraphica D. Theresia vocalem orationem à consideratione inseparabilem adstruit: adeò enim vocalis oratio coniuncta considerationi est, vt absque illa consistere nequeat. Neque hinc inferas tandiu duraturam vocalem orationem, quandiu formalis consideratio, & attentio durabit: etenim stat continuata oratio cum virtuali attentione, & continuatione illius: quod explicat D. Thom. *loc. cit. art. 13. in corp.* vbi post tres enumeratos effectus orationis, de primo loquens, scilicet merito; sic inquit: *Ad hunc effectum non ex necessitate requiritur, quod attentio sit orationi per totum; sed vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam, sicut in alijs meritorijs actibus accidit. Secundus autem effectus orationis est ei proprius, quod est impetrare, & ad hunc etiam effectum sufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit: si autem*

D. Th.

prima

prima intentio desit, oratio nec meritoria est, nec impetratoria. Illam Deus orationem non audit, cui ille, qui orat, non intendit. Vt Gregor. dicit. Tertius autem effectus orationis est, quem præsentialiter efficit, scilicet, quædam spiritualis refectio mentis, & ad hoc de necessitate requiritur in oratione attentio. Vnde dicitur 1. ad Chorint. 14. Si orem lingua, mens mea sine fructu est: Sciendum tamen quod triplex est attentio, quæ orationi vocali potest adhiberi. Vna quidem, qua attenditur ad verba, nè aliquis in eis erret. Secunda, qua attenditur ad sensum verborum. Tertia, qua attenditur ad finem orationis, scilicet ad Deum, & ad rem, pro qua oratur, quæ quidem est maxime necessaria: & hanc etiam possunt habere idiotæ, & quandoque in tantum abundat hæc intentio, qua mens fertur in Deum, vt etiam omnium aliorum mens obliviscatur, sicut dicit Hugo de Sancto Victore.

11 Involuntaria igitur evagatio supposita prima intentione mentisque erectione in Deum orationis meritum, fructumve non adimit; si tamen voluntaria sit evagatio, per ipsam esse desinit prima intentio: est namque virtualis saltim illius retractatio, æquivalens formali. Qua de re audi Angelicum Doctorem *vbi sup. ad 3. Si quis ex proposito* (inquit) *in oratione mente* D. Th. *evagatur, hoc peccatum est* (ac proinde desinit esse oratio vt quæ peccatum esse nequit, vt dictum est supra *art. 1. n. 5.*) *Et impedit orationis fructum, & contra hoc Augustin. dicit: in 3. Reg. tom. 1. Psalmis, & Hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Evagatio vero mentis, quæ fit præter propositum, orationis fructum non tollit. Vnde Basilius dicit: in serm. de orando Deum: si vero debilitatus à peccato fixè nequis orare, quantumcumque potes te ipsum cohibeas, & Deus ignoscit, eo quod non ex negligentia, sed ex fragilitate non potes, vt opportet assistere coram eo.* Augustinus. Basilius.

12 Adiungitur autem vox orationi mentali triplici ratione (inquit D. Thom. *vbi sup. art. 12. in corp.*) *Primò quidem ad excitandam intentionem, & devotionem, qua mens orantis elevatur in Deum: quia per exteriora signa sive vocum, sive factorum movetur mens hominis secundum apprehensionem, & per consequens secundum affectionem. Vnde Augustin. dicit Epist. 111. cap. 9. tom. 2. quod verbis, & alijs signis ad augendum desiderium Sanctum, nos ipsos acrius excitamus. Et ideo in singulari oratione tantum est vocibus, & huiusmodi signis vtendum quantum proficit ad excitandum interius mentem. Si vero mens per hoc distrabatur,* D. Th. Augustinus.

vel

vel qualitercumque impediatur, est à talibus cessandum, quod præcipuè contingit in ijs, quorum mens sine huiusmodi signis est sufficienter ad devotionem parata. Vnde Psalm. 29. dicebat: Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea. Et de Ana dicitur 1. Reg. 1. quod loquebatur in corde suo. Secundo adiungitur vocalis oratio, quasi ad redditionem debiti, vt scilicet homo Deo serviat secundum illud totum, quod ex Deo habet, idest non solum mente; sed etiam corpore, quod præcipuè competit orationi, secundum quod est satisfactoria. Vnde dicitur Oseæ vltimo: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Tertio adiungitur vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione, secundum illud Ps. 15. Lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea.

Psalm. Oseas. Psalm.

Constat igitur ex dictis qualiter oratio vocalis, qua talis, comparetur ad orationis essentiam, scilicet, vt medium ad orationem propriè dictam, vel vt effectus redundans ex oratione, vel vt servitus corporalis, ac proinde præfata diffinitio, & divisio non essentiales, sed accidentales sunt; accidit enim orationi exterius manifestari per voces, quod mente retinetur.

ART. III.

Vtrum oratio in genere sit actus intellectus, vel voluntatis?

13 Dico primo: oratio vt sic est actus rationis. Ita D. Thom. *vbi supr. art. 1. per tot. & 3. p. q. 21. art. 2. & in 4. dist. 15. q. 4. art. 1.* quem sequuntur omnes Thomistæ. Teste Magistro Prado *cap. 30. de Relig. q. 4. §. 2. n. 8.* citatusque ab ipso Richardus *in 4. dist. 15. art. 4. q. 1.* & Gabriel *Lect. 61. in canonem.* Navarr. *tract. de orat. cap. 1. n. 11. & 13.* Læsius *lib. 2. cap. 37. dub. 2. n. 5.* Trullench. *lib. 1. cap. 7. dub. 3. n. 2.* & alij.

D. Th. Prado. Richardus. Gabri. Nava. Lessius. Trull.

Colligitur hæc conclusio ex doctrina Seraphicæ M. nostræ Theresiæ *cap. 25. viæ perfect.* vbi de oratione disserens tàm mentali, quàm vocali, interquè ipsas, & contemplationem adstruens differentiam, inquit: *Aora entendereis la diferencia que ay de ella* (scilicet contemplatione) *à la oracion mental, que es lo que queda dicho, pensar, y entender lo que hablamos, y con quien hablamos.* Ex quibus verbis sequens formatur ratio: Intelligere, quæ, & cui loquimur est actus rationis, seu intellectus, non vero voluntatis; sed intelligere quę, & cui loquimur iuxta Sanctam Theresiam est

S. Theresa.

est oratio mentalis: ergo oratio est actus rationis.

Colligitur etiam ex Dionisio Carthusiano super Areopagit. de Ecclesiast. Hyerarch. art. 58. Vbi ait: *Cum oratio sit petitio decentium à Deo, secundum Damascen. nec licet orare, quod non licet desiderare, cum oratio sit desiderij nuntius, ac interpres*: sed nunciare est proprium intellectus, non vero voluntatis, cuius solum est appetere: ergo oratio est actus intellectus, non vero voluntatis.

Carth.

Probatur deinde ratione efficaci Divi Thomæ *loc. cit.* nam orare, sive mente, aut ore aliquid à Deo petere, in quo propria orationis ratio sita est, dicit in suo conceptu formali ordinem, vel potius ordinationem vnius ad aliud, petentis scilicet ad Deum; sed ordinare est proprius actus rationis, non autem voluntatis, vtpote quæ ex se non est cognoscitiva: ergo oratio non est actus voluntatis, sed intellectus.

14 Sed oppones Augustinum ad illud Psalm. 37. *Ante te omne desiderium meum:* Vbi ait: *Ipsum desiderium tuum oratio tua est: & libr. de spirit. & anima post medium: Oratio* (inquit) *est purus affectus mentis in Deum directus.* In desiderio autem orationem consistere, colligitur etiam ex illo Psalmi 9. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus*: sed quod propriè exauditur est oratio: ergo hæc in desiderio, qui est voluntatis actus, consistit.

Psalm. Augustinus.

Psalm.

Hæc sibi obiecerat D. Thomas *loc. cit. ex 2. 2. quibus ibi ad 1. respondet*: Ideo orationem à Sacra Scriptura, & D. Augustino desiderium dici, vel quia desiderium est causa petendi, cum petitio quodammodo sit desiderij interpres, vel hoc dicitur ad ostendendum exauditionis velocitatem, quia, scilicet, dum adhuc aliquid in desiderio pauperum est, Deus exaudit ante quam per orationem proponant, secundum illud Isaiæ 65. *Eritque ante quam clament ego exaudiam eos.* Pro quorum ampliori declaratione.

Isaias.

15 Dico secundo; oratio in actu intellectus non vt cumque, sed prout subest voluntatis actui consistit. Ita authores pro prima assertione citati, quibus adde Magistrum Ioan. à Sancto Thoma *disp. 27. art. 1.* Rocaphul. *2. p. Prax. lib. 1. cap. 2. n. 12.* asserentem sententiam oppositam falsam omnino esse. Raphaelem de la Torre *2. 2. q. 83. art. 1. in fin.* Ac denique Caytan. ad hunc *art. 1.* D. Thom.

D. Thom. Rocaphul. Raphael de la Torre. Cayet.

Probatur: quia (vt ex Carthusiano superiùs diximus) oratio est desiderij nuntius: at qui nuntius ortum ex desiderio, & voluntate trahit: ergo actus intellectus in quo oratio consistit, pendet à voluntate, & illi subditur. Deinde iuxta D. Thom.

desiderium est causa petendi; ef-fectus autem causatus ab aliqua causa movente, subditur illi: ergo petitio, in qua oratio sita est, subditur desiderio, qui est actus voluntatis. Præterea iuxta eundem Angelicum Doctorem oratio est actus rationis practicæ: sed omne practicum pendet à voluntate, & ab ea participatur, vtpotè in qua per se primò Praxis reperitur: ergo actus intellectus, qui est oratio, subditur voluntati; proindeque si aliquando Sancti Patres, vel Scriptura Sacra desiderij nomine orationem exprimunt, ideo est, quia licet in recto actus sit intellectus, in obliquo, & præsuppositivè dicit essentialiter desiderium, vel tanquàm causam, vel tanquàm motorem ipsius orationis: qua doctrina cuncta enervantur opposita fundamenta.

16 Duo nihilominus restant argumenta, quibus satisfacere æquum est. Ijs namque fortasse innixus Medina *codice de Pœnit. tract. de orat. cap. 2.* asseruit: In actu voluntatis orationem consistere. Horum primum affert Suarez *lib. 1. cap. 4. n. 2.* eoquè probare intendit orationem mentalem, quidquid sit de vocali, esse voluntatis actum, cuius præcipuum fundamentum est: quia loquutio Angelica est actus voluntatis: sed oratio purè mentalis est loquutio animæ ad Deum, similis loquutioni Angelorum: ergo oratio purè mentalis est actus voluntatis. Maiorem probat ex D. Thom. *1. p. q. 107. art. 3.* docente Angelos *Solum loqui ordinando per voluntatem conceptionem suam ad Deum.* Et ex D. Greg. *2. Moralium cap. 4. aliàs 5.* qui ait: *Excitatus cum reverentia motus cordis magnus est ad aures incircunscripti spiritus clamor vocis.* Vnde infra concludit: *nam animarum verba ipsa sunt desideria.* D. Th. S. Gre.

Mirùm est, quod tanti Doctores non legerint D. Thom. *art. 4.* sequenti vbi satis se se explicat suis verbis: *Loquutio Angeli in intellectuali operatione consistit.* Et *q. 9. de verit. art. 4. ad 9.* ait: *Ipsa ordinatio cogitationis ad alterum exterior loquutio in Angelis dicitur.* Voluntas autem movet ad ordinandum medio desiderio: vnde dicitur per voluntatem ordinari, quod non influxum causæ formalis, sed efficientis vel moventis denotat. Ex quibus, & ijs, quæ *num.* 14. ex D. Th. retulimus, potest ad authoritatem D. Gregor. adduci solutio. D. Th.

17 Argues 2. vel potius fundamentum quæres, quo innixi in sola intellectus operatione orationis essentiam consistere asserimus? Videtur namque esse pro ratione voluntatem. Rationabilius enim in vtriusque potentię actibus poneretur, cum tam voluntas, quam intellectus

ad

ad orationem concurrant. ¶ Respondetur: quod, cum mòdo de oratione secundum suam essentiam preçisse consideratam agamus, hæcque sit essentialiter ordinatio vnius ad aliud, quod propriè competit intellectui, meritò in eius actu orationem essentialiter sumptam consistere dicimus. Actus autem voluntatis non est ordinatio, sed ordinatus. Vnde non constitutivus orationis, sed eius effectus. Si namque omnia, quæ in oratione concurrunt, vel ab ea procedunt, illius constituerent essentiam, cur à ratione constitutivi excluderentur omnes sensuum externorum actus, cum omnes ab oratione multoties procedãt?

ARTIC. IV.

In quo actu intellectus consistat oratio?

18 POsito iam quod oratio in intellectus operatione consistat, cum huic potentiæ plures sint actus, meritò inquirimus in quonam eorum consistat? Pro cuius resolutione nota, quod communiter quis orat his verbis: *Quæso vt facias hoc, vel illud. Hoc aut illud te concedere peto.* Vnde.

Oratio est actus rationis practicæ, qui quidem non incongruè dici potest: *Imperium deprecativum, seu petitio ad modum imperij.* Probatur ex D. Thom. 2.2. q.83. *in corp.* Vbi sic ait: *Oratio dupliciter est causa aliquorum: Vno quidem modo sicut necessitatem imponens, & hoc modo ad orationem pertinet non solum imperare inferioribus potentijs, & membris corporis; sed etiam hominibus, & subiectis, quod quidem fit imperando. Alio modo sicut inducens, & hoc modo ratio petit aliquid fieri ab ijs, qui ei non subjiciuntur, sive sint æquales, sive superiores.* Et rationem assignans (quæ etiam pro nostra conclusione deserviet) subiungit: *Vtrumque autem horum, scilicet imperare, & petere sive deprecari, ordinationem quandam importat. Quod scilicet homo disponit aliquid per aliud esse faciendum. Vnde pertinet ad rationem, cuius est ordinare. Propter quod Philos. dicit. 1. Ethicor, quod ad optima deprecatur ratio.* D. Th.

Diximus orationem esse *Imperium deprecativum*, seu *Petitionẽ ad modum imperij*: quia oratio non est propriè Imperium, cum hoc essentialiter dicat esse superioris ad inferiorem sibi subditum; oratio autem est inferioris ad superiorem, cui se postulando submittit. Attamen quia propriè oratio exprimitur per hæc verba: *Fac hoc*, aut similia, dicimus esse ad modum imperij, sed deprecativi, pertinereque ad rationem practicam, vtpotè distin-

ctam ab appræhensione simplici, iudicio, vel discursu, quę proprij sunt rationis speculativæ, vt docet D. Thom. *loc. cit. ad* 3.

19 Dico secundo: oratio est actus elicitus à virtute Religionis. Ita D. Thom. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 4. *art.* 1. *quæstiunc.* 2. vbi sic ait: *Cum petitio, sive deprecatio, quæ ad superiorem fit, reverentiam habeat adiunctam, ex qua impetrare nititur, quod intendit: constat quod oratio ex hoc efficaciam habet ad impetrādū illud pro quo oratur, quod Deo reverentiam exhibet. Vnde cū Deo reverētiam exhibere, sit actus latriæ, oratio actus latriæ erit elicitivè*: Sed actus latrię, est actus Religionis, vt docet ibidē Ang. Mag. ergo oratio est actus elicitus à virtute Religionis. D. Th.

20 Dices: Actus à virtute Religionis elicitivè procedens, nequit esse actus intellectus: sed per nos oratio est actus intellectus: ergo non est elicitus à virtute Religionis. Maior probatur: quia virtus Religionis est habitus proprius voluntatis, in ipsaque vt in proprio residet subiecto, vt docet ipse D. Thomas: sed virtus propria voluntatis nequit elicere actum intellectus, sicut nec ipsa voluntas: ergo oratio non est actus elicitus à virtute Religionis.

Gravissimam tangit hęc obiectio difficultatem à nostris Salmanticens. discussam *tract.* 12. *de virtutib. disp.* 2. *à num.* 8. *vsque ad* 15. Quomodo scilicet virtus Religionis in voluntate existens, elicere possit actum in ea non immanentem? Cui obiectioni vt clariùs satisfiat, præeat Angelicum Lumen D. Thom. Ipse itaque *loc. cit. ex* 4. *dist.* 15. in fine hæc sibi obiecerat, & diluerat his verbis: *Nec obstat quod latria in voluntate est, non in ratione, cuius actus est oratio: quia vtitur actu rationis, vt ex eo Deo reverentiam exhibeat.* Quibus in verbis compendiariè tradit totius solutionem difficultatis. Quam sic illustrant nostri Doctissimi Salmanticen. *loc. cit. de virtutibus num.* 8. *Sciendum est enim cum Caiet.* 2. 2. *q.* 81. *art.* 4. *Divum Thom. in assignando virtutibus proprios actus, potiùs respexisse ad identitatem ipsarum virtutum, quam ad identitatem potentiarum: & ideò omnem actum, qui non respicit nisi vnicam virtutem, appellat proprium talis virtutis, in quacumque potentia sit. Quod si plures respiciat, illius vocat proprium, à qua habet primam speciem boni, & virtuosi, ac proinde cuius finem primariò respicit ...... Quia ergo prima, & essentialis bonitas orationis, tota est à Religione, quia est bonitas reverentiæ, & cultus, oratio dicitur propriè eius actus, quamvis sit in distincta potentia. ¶ Et ex hoc dicitur etiam actus Religionis elicitivè, quia dupliciter potest*

D. Th.

Salmāticēses.

test aliquis actus dici elicitus à aliqua virtute, vel propriè, & strictè quia est immediata eius operatio, ac proindè manet in eadem potentia, vel largè ex eo solùm quod non fit media alia virtute, quamvis mediet alia potentia. Dicitur enim talis actus elicitus, quia non est propriè imperatus: nam actus propriè imperatus ab aliqua virtute dicitur ille, qui fit media alia virtute eliciente: sicut actus, qui elicitur ab humilitate propter Deum, dicitur imperari à charitate: & ideò vbi vna tantùm est virtus, qualitercumquè influat in actum, dicitur hic procedere ab ea elicitivè. Hoc secundo modo oratio, votum, & Iuramentum dicuntur elici à Religione: primo verò devotio, & si qui alij in voluntate existunt. Hæc illi.

21 Sed instabis adversus ea ex se ipsis: quia oratio fidem includit, imò, & alias virtutes: ergo eas movet Religio ad actum orationis: ergo hæc non est elicitivè tantum à Religione.

Respondetur: quod sicut ad actum prudentiæ requiruntur, vel præexiguntur Synesis, Gnome, & Eubulia, cum tamen non constituant neque per se influant in prædictum actum; ita similitèr commitantur orationem fides, spes, quin imò, & devotio vt posteà dicemus. Quibus adde fidem quasi movere actum Religionis, & orationis quo ad Deum accedimus. Etenim ideo quis orat, quia eum omnipotentem, aut saltem potentem credit, à quo quod flagitat accepturus sperat.

ARTIC. V.

Quid sit Devotio, & in quo actu consistat?

22 DIco primo: Devotio est actus voluntatis, quo vult homo promptè se tradere Divino famulatui, seu vt vtar verbis D. Th. 2. 2. q.82.art.1.*in corp.Devotio nihil aliud esse videtur, quam voluntas quædam promptè se tradendi ad ea, quæ pertinent ad divinum famulatum.* Probat D. Th.ex illo *Exod.*35.vbi dicitur: *Omnis multitudo filiorum Israel obtulerunt mente promptissima, atque devota primitias Deo.* In hac conclusione communiter Doctores conveniunt. Eam tenent M. Ioan. à S. Th. *disp.26.art.*1.Caiet.*ad hunc art.* Raphael de la Torre *q.* 82. *art.* 2. *disp. vnic.* Suarez *tom.* 2. *de Relig.lib.*2.*tract.*4.*cap.*6.*à n.*7. Ledesm. *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 2. Trullench.*lib.*1.*cap.*7. *dub.*1.& 2.Mag.Prado *cap.*30.*de Relig. q.*30.§.1.*à n.*1.*vsque ad* 11. differunt tamen in explicando hãc promptitudinem, & ad invicem impugnantur. Nos autem prolixitatem vitare cupientes, resolutoriè.

D. Th.

Exod.

Dici-

23 Dicimus secundò; devotionem esse specialem actum voluntatis, effectivè provenientem ab ipsa, & à virtute Religionis. Conclusio quoad primam partem est expressa D. Thom. *loc. cit. in* 2.2. *q.*82. *art.* 1. *in fine.* Vbi sic ait: *Manifestum est autem quod voluntas promptè faciendi, quod ad Dei servitium pertinet est quidam specialis actus: vndè devotio est specialis actus voluntatis.* Quo ad secundam partem, imò quoad vtramque, probatur nominis ethymologia. Etenim *Devotio* dicitur à vovendo Deo: sed vovere Deo est specialis actus voluntatis, effectivè proveniens ab ipsa, & virtute Religionis, vt consideranti patebit: ergo. Hinc apud Gentiles devoti dicebantur, qui pro exercitus incolumitate, se ipsos devovebant in mortem. Sicut de Duobus Decijs narrat Titus Livius *lib.* 10. *decad.* 1. qui pro Patria vt de M. Curtio Romano iuvene idem Livius Valerius Maximus, & Orosius referunt. Qui pro amicitia vt de Soldurijs affert Cæsar de Bello Gallieo *lib.* 2. Et communiter ij, qui ad exhibendum Deo specialem aliquem cultum dedicantur, devoti dicuntur: quæ omnia conclusionẽ nostram apprimè confirmant.

D. Th.

Titus Livius. Valerius Maximus. Oros. Cæsar.

Restat explicanda promptitudo illa requisita (vt superiùs diximus) ad devotionem. Pro quo nota quod devotio, vt modò de ipsa loquimur, invenitur non solum in actibus Religionis, qui quidem proprij sunt voluntatis, sed in aliarum potentiarum, & virtutum actibus, & ideò dicitur quis devotè orare, devotè psallere, devotè legere, loqui devotè, &c. cum hac tamen differentia, quod in voluntate, & Religione invenitur devotio per se primò, & tanquàm in proprio principio: in cæteris autem participativè ab ijs, pertinet namque propriè devotio ad Religionem, vt supra ex nominis ethymologia dicebamus, vndè aliæ potentiæ; & virtutes, provt devotè operantes, se habent ad voluntatem, & Religionem, sicut mobilia ad movens. Quod mirificè complexus est D. Thom. *prædict.* q. 82. *art.* 1. *ad* 2. his verbis: *Dicendum quod devotio invenitur in diversis generibus actuum, non sicut species illorum generum, sed sicut motio moventis virtute invenitur in motibus mobilium.* Hinc devotio nihil aliud est, quam motio actualis voluntatis, & religionis moventis alias virtutes, & potentias ad operandum, & exhibendum Deo specialem cultũ, & speciali modo.

D. Th.

24 Sed dices: frustrà ad hoc ponitur specialis actus voluntatis ab speciali virtute Religionis procedens, sufficit enim actus charitatis imperãtis actus aliarum virtutum, ipso namque posito omnes illæ ordinatè, & promptè

promptè

Cayet. promptè in Dei obsequium operantur. Respondetur cum Cayet. *ad art.* 2. *quaest.* 82. D. Th. Charitatem ordinare quidèm hominem ad vnionem cum Deo sub ratione vltimi finis; Religio autem applicat hominem ad ipsa opera *Divini Cultus*, vndè sicut à charitate provenit in alias virtutes quidam modus quoad finem ipsius charitatis ordinantur, sic à Religione promptitudo quædam (sivè modus ipsa sit, sivè quid aliud) vt medijs illis, & illarum actibus homo in omnibus Dei gloriam semper intendat. Vnde formaliter loquendo licet Religionis promptitudo oriatur ex fervore charitatis, est attamen vtriusque diversus effectus. Sicut ex intentione efficaci finis operatur agens, quamvis requirantur aliæ virtutes, vt Prudendentia, Iustitia, &c. ad assequutionem finis, & mediorum exequutionem.

D. Th. Solutio est D. Thom. *ad* 2. *prædict. art. Quod homo tradat se ipsum Deo ad aliqua opera Divini Cultus, hoc immediatè pertinet ad Religionem, mediatè autem ad charitatem, quæ est Religionis principium.*

25 Dico tertio: devotio media illa promptitudine causat spiritualem lætitiam in operando ea, quæ ad Dei Cultum, & famulatum pertinent. Ita D. Th. *art.* 4. *prædict.* q. 82. Quem sequuntur eius discipuli, Cayet. Mag. Prado *loc. cit.* estque proculdubiò Augustini mens, *Augustinus.* qui apud Cayet. dixisse fertur, devotos etiam de dolore gaudere. *Doleat* (inquit) *& de dolore gaudeat.* Qua propter aiebat Psalmista: *Servite Domino in lætitia.* *Psalm.* 99.

26 Sed dices: multoties devoti ex consideratione Passionis Domini tristantur, exquè consideratione suorum peccatorum, & miseræ conditionis, ideoquè lachrymantur ex tristitia, vt ait Nissenus *lib. de Creatione hominis cap.* 12.

Respondetur: devotionem per se primo causare lætitiam secundariò autem tristitiã quandam ad mixtam tamèn aliqua teneritudine. Evenitquè præcipuè hoc in meditatione prædictorum, & præcipuè passionis, ad redamandum namque provocat tantus amor Christi patientis. Cumque amantes lachrymari soleant, iuxta illud Ioannis: *Ecce quomodo diligebat eum*, ideo meditabundi lachrymantur, sed gaudentes: gaudent, sed lachrymantes. *Ioann.* Cuius rei celebre apud D. Th. *loc. cit. ad* 3. extat exemplum. *D. Th.* *Sicut solent homines* (inquit) *lachrymari ex pietatis affectu, cum recuperant filios, vel charos amicos, quos æstimaverant se perdidisse, & per hunc modũ lacrymæ ex devotione procedunt*; & in hoc sensu intelligendus est Gregorius Nissenus.

ART.

ARTIC. VI.

Vtrum orare necessarium sit, & qua necessitate?

27 SVpponimus orationem esse vtilissimam creaturæ rationali: primò vt media ipse lucem à Deo accipiamus ad effugandas ignorantiæ tenebras. Vnde 2. Paralipom. 20. v. 12. *Sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Secundò vtilis est oratio ad vitanda præsentis pericula vitæ: *Omni tempore* (Aiebat Tobias 4. v. 20.) *Benedic. Deum, & pete a Deo vt vias tuas dirigat.* Hinc Ecclesiast. 18. v. 22. *Non impediaris orare semper: oportet enim semper orare, & non deficere.* Hinc Lucæ 18. v. 1. & Matth. 7. v. 7. *Petite, & dabitur vobis.*

Paralipomen. *Tobi.* *Eccles.* *Matth.* *Lucas.*

Hoc supposito difficultas est, an orare sit solum vtile, an verò necessarium. Nec procedit quæstio de necessitate opposita libertati: manifestum est namque orationis actum esse liberum; sed de necessitate morali, an scilicet orare sit necessarium necessitate medij ad vitam æternam assequendam, ita vt sine oratione aliqua nequeat adipisci? Vel saltem necessitate præcepti: an videlicet detur præceptum aliquod de oratione in genere, homini vt tali impositum (quid namque dicendum sit de oratione mentali, quid similiter de Religiosis, patebit ex infra dicendis) Ad quæstionis igitur resolutionem.

28 Dico: attenta ordinaria Dei providentia oratio, vt cumque, & indeterminatè necessaria est necessitate medij ad salutem. Ita communiter Theologi. Probatur ex Tridentino *sess. 6. cap. 11.* vbi dicitur: *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod non possis.* Vnde in hoc sensu dicitur *lib. de Dogmatibus cap. 56. Nullum credimus ad salutem nisi Deo invitante venire, nullum invitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari, nullum nisi orante auxilium promereri.* *Tridēt.*

Huius necessitatis ratio sumitur ex natura rei: nam recurrere in ijs quibus quisque indiget, ad potentem concedere, & volentem, necessarium est; sed quisque ad benè operandum auxilijs indiget divinis, vt per bona opera certam suam electionem faciat, potestquè Deus, & vult ijs medijs auxilijs omnes homines salvos fieri: ergo tenemur attenta Dei ordinaria providentia hæc à Deo petere auxilia, quod est orare.

29 Dixi attenta Dei ordinaria providentia: quia vt benè ait Raphael de la Torre 2. 2. q. 83. art. 2. disp. 3. ex natura rei seclu

seclusa lege divina oratio non est medium adeò necessarium, vt sine illa Deus salutem concedere nequeat. Huic opinioni libenter subscripsimus, tantùm virum sequuti. Eam tenet Mag. Prado *loc. cit. q.84. n.25.* nam ex vna parte summa est hominis indigentia, vnde per orationem exquirere necesse est, quæ suæ saluti congruunt; ex alia *Non*

Magis. Prado. *video* (inquit Magist. Prado) *cur aliquando vel actus charitatis, vel aliarum virtutum non suppleat actum formalem orationis.* Vnde Cyprianus *lib. 1.*

Cypr. *epist.2. n.10.* inquit: *Vt spontè sol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat, ita spiritus cœlestis infundit.* In quorum confirmationem audi Apostolum ad Ephes.3.*v.20. Ei autèm,*

Ad Ephes. 3. *qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus.* Vide D. Th. ad eundem *loc. lect.5.* Eandem

Eccles. tenet Alma Mater Ecclesia sententiam: in quadam namquè collecta Deo alloquens dicit: *Abundantia pietatis tuæ, & merita supplicum excedis, & vota .... adjicias quod oratio non præsumit:* ergo plura ad salutem conducentia etiam non petita liberaliter Deus concedit.

Sed nec ideo est ab oratione cessandum: regularitèr enim auxilia divina solum petentibus

Pius V. conceduntur. Vnde Pius V. in suo catechysmo: *Petitione* (inquit) *non solum honesta, sed etiam assidua, opus est ad impetrandum, quod concupiscis:* Nam vt inquit S. Hieronymus, *Scriptum est: omni petenti dabitur: ergo si tibi non datur ob id non datur, quia non petis; petite ergo, & accipietis.*

ARTIC. VII.

Vtrum detur speciale præceptum ad orationem obligans?

30 DAri de facto Ecclesiasticum præceptum Clericos omnes in Sacris constitutos ad recitationem divini officij obligans, indubitatum est. Quid de mentali oratione speciatìm dicendum sit, patebit *infra q.2. art.2.* quare in præsenti difficultas est non respectu huius vel illius determinatæ personæ, sed vel fidelis quatenùs talis, vel hominis quatenùs rationalis, an sub prçcepto teneatur orare, sive oratio vocalis sit, sive mentalis: accidit namquè iuxta D. Thom. *in 4. dist. 15. q. 4. art. 2.* adimpletioni huius præcepti (si fortè datur) quod oratio mentalis sit, seu vocalis, sive mixta.

Quæstioni sub his terminis propositæ affirmativè respondet Medina *Cod. de Pœnit. q. de oration. ment.* asseritque hanc obligationem oriri ex præcepto charitatis. Alij, & si Medinæ in parte assentientes speciale ora-

tionis præceptum non concedant diversam tamen huius obligationis orandi assignant originem: Onus videlicet vitandi peccatum, quod quidem sine oratione auxiliorum impetratrice fieri nequit. Vnde in horum sententia non per se, sed per accidens erit orationis obligatio.

31 Pro quæstionis autem resolutione dico primo: datur speciale præceptum ad orationem obligans sub motivo Religionis, cuius actus est oratio. Sic expressé D. Thom. 2. 2. q. 83. *art.* 3. *ad* 2. his verbis: ***Desiderare quidem cadit sub præcepto Charitatis; petere autem sub præcepto Religionis, quod quidem præceptum ponitur Matth. 7. Vbi dicitur: Petite, & accipietis.*** D.Th. sequuntur Armilla Verb. *Oratio num.* 2. Ioannes à Sancto Thoma *disp.* 27. *art.* 3. Rocaphul. 2. *p.* Praxis *lib.* 1. *cap.* 12. *dub.* 6. Suar. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap. num.* 10. Magist. Prado *loc. cit. q.* 4. *n.* 27. & alij. **D. Th.**

Probatur: quia inductione patet actus pertinentes ad specialem virtutem, habentesque ex se specialem honestatem simpliciter talem, conducentem maximè ad salutem, cadere sub speciali præcepto, vt de fide, spe, &c. docent communiter DD. sed actus orandi est huiusmodi, vt patet ex hucusque dictis: ergo oratio non solùm obligat ratione alterius actus, vel virtutis, sed ratione sui. ¶ Adde; quod media oratione tribuitur Deo debitus honos, & reverentia, vtpotè Religionis actus, cuius proprium est Deum côlere, & reveréri. Cumque hoc cadat sub speciali præcepto: *Scilicet: Deum tuum adorabis, & illi soli servies*, quod habetur Matth. *cap.* 4. manifestè deducitur orationem cadere sub speciali præcepto.

32 Dices: peterè à Deo, in quo orationis ratio sitá est, cedit in petentis vtilitatem; at qui propriæ vtilitati quivis cedere potest pro libito: ergo cuique liberum erit nunquam orare.

Huic obiectioni respondet Caiet. 2. 2. q. 83. *art.* 3. his verbis, quibus, & nostra conclusio magis firmatur: ***Advertere quod in oratione, seu petitione considerari possunt tria: Scilicet: res petita, petitio, & petens. Si consideremus rem petitam, sic orando offerimus Deo: nam ipse actus petendi est actus subiectionis, & professionis virtutis: qui enim petit ab aliquo, indiget illo, ac per hoc se subjicit illi petendo. In cuius signum superbi potius volunt indigentiam tolerare, quam humiliare se, petendo aliquid ab aliqua persona. Rursus qui petit profitetur petendo in illo, à quo petit, esse potentiam ad adiuvandum, esse misericordiam, vel iustitiam, vel providentiam, &c. Et propter hoc petitio, seu oratio ponitur actus Religio-*** **Caiet.**

nis,

nis, cuius est honorem Deo exhibere. Si autem consideremus petentem, sic cum homo petat per mentem, quia petitio est actus mentis, & mens sit nobilissimum, quod sit in homine, sic subjicimus petendo Deo nobilissimam partem nostram. Hucusque Caietanus. Cum igitur Deus cêdere noluerit honori ipsi ex subiectione nostra provenienti, vt constat ex Sacro Evangelio, inde est quod liberum non sit homini nunquam orare.

33 Nota hoc præceptum orandi partim esse naturale, partim divinum. Naturale quidem, nam ipsa naturalis ratio dictat creaturam subjiciendam esse suo creatori, eique honorem esse exhibendum. Divinum autem, quia impositum reperitur à Christo Domino in Evangelio præcipuè Matth. 7.

34 Dico secundo: Præceptum orandi præcipuè obligat diebus festivis, adimpleturque peculiariter auditione Sacri. Ita D. Th. D. Thom. *in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 1. quæstiunc. 3.* vbi ait: *Omnibus etiam qui Ecclesiæ ministerio non funguntur, videtur ab Ecclesia determinatum tempus orandi statutum esse, cùm ex Canonum statuto teneantur diebus festis Divinis Officijs interesse, vt ministris pro populo orantibus suam intentionem cõforment.* Vndè adimplendo præceptum de auditione Sacri, etiam orandi adimpletur. Angelico Doctori consentiunt Aragon, Torre, & alij à Magistro Martinez de Prado relati vbi supra.

35 Huic tamen sententiæ quatenus temporis determinativæ acquiescere noluit Suarez *tract. 4. de Relig. lib. 1. cap. 30.* Ibi enim priùs Silvestri opinionem rejicit asserentis orandi præceptum per se obligare in primo rationis instanti, quo quis se ad Deum convertere tenetur per actum dilectionis ipsius Dei super omnia. Confutat deinde Doctor Eximius nostram, imò D. Thomæ sententiam: ac deniquè suam mentem ita proponit, vt dùm tempus assignare satagit, plura, vel potiùs nullum determinet, sed vniuscuiusque ratione, & arbitrio determinationem committat. Audiatur ipse cit. *cap. 30. n. 16.* Suar. *In particulari autem indicare, quando sit nimia dilatio, vel quæ sit debita frequentia, prudenti arbitrio relictum videtur ex natura rei: Sicut etiam huius, vel illius temporis electio voluntaria est. Credo tamen tàm necessariam esse orationem ad rectitudinem vitæ, vt non sit permittenda dilatio vnius anni, nec fortassè vnius mensis. Quod vsus ipse fidelium satis confirmat: vix enim invenitur aliquis tàm negligens in Divino Cultu, & circa suam salutem procurandam, qui non aliqua privata*

oratione frequẽtius vtatur. Quapropter in praxi non existimo esse necessarium nos esse nimium solicitos de præciso tempore huius obligationis, quia regulariter omnes præveniunt, vt ita dicam tempus illud ipso vsu rationis. Hucusque Suarez, vbi, vt patet, vniuscuiusque arbitrio determinationem committit, iuxta necessitatis indigentiam, quantum ad vitanda præsentis vitę pericula sufficiat.

Sed contra: Nam orationis obligatio per se nascitur ex virtute Religionis, non charitatis, quod fatetur ipse Suarez *citat. cap.* 30. ergo determinatio temporis non ex indigentia auxilij, ad vitanda peccata, sed ex alio capite desumenda est. Patet consequentia: quia obligatio orationis ad impetranda auxilia, oritur ex virtute charitatis, qua quis se ipsum diligere, ac proprio incumbere bono tenetur. Tum etiam; quia etsi quis frequenter oret privata oratione pro impetrandis auxilijs, tamen non adimplet speciale orandi præceptum, fideli quatenus tali impositum: ergo determinatio temporis pro tali præcepto adimplendo, non ex vniuscuiusque arbitrio, sed aliundè pendet. Antecedens probatur: quia per talem privatam orationem non eximitur ab obligatione audiendi sacrum, cuius auditione fit satis (iuxta omnium DD. sententiam) obligationi talis præcepti: ergo privata oratione non adimplet tale præceptum speciale orandi: ergo determinatio temporis ad orationem non ab vniuscuiusque arbitrio, & ratione, sed ab Ecclesiæ determinatione pendet.

Probatur insuper: nam præceptum orandi est divinum iuxta Superius dicta *num.* 33. nullum iure divino determinans tempus: sed pro adimplendis divinis præceptis non determinantibus tempus Ecclesia ipsum præscripsit: vt patet in Baptismo, confessione, Eucharistiæ susceptione: ergo similitèr dicendum de oratione: atqui nullum aliud invenitur ab Ecclesia impositum orandi præceptum, nisi id quod præcipit sacrum audire: ergo per illius auditionem impletur præceptum speciale de oratione.

Dices: Hinc sequitur ægrotum diutius lecto decumbentem non teneri toto illo tempore orare, siquidem sacrum audirè non tenetur. *Resp.* concedendo sequelam si de obligatione ex motivo Religionis sermo sit, virtus enim Religionis non obligat nisi moralitèr sit possibilis eius adimpletio: de quo plurima passim invenies exempla. Ex motivo autem charitatis fortasse multoties obligabitur æger ad orationem ad impetrandum videlicèt auxilia pro vincendis supervenientibus tentationibus.

37 Inquires: an is qui tentatione peccandi impetitus orationem omittit necessariam advincendam ipsam tentationem, duplex committat peccatum? Affirmativè respondet Suarez *loc. cit. de Relig. cap.* 29. Ioannes à S. Thoma *disp.* 27. *art.* 3. sed melius dicendum cum Aragonio, & Magistro Martinez de Prado vnicum ibi esse peccatum, quia præceptum orationis tunc non obligat ratione sui, sed per accidens ad obligationem alterius, scilicet non furandi.

QVÆSTIO SECVNDA.

DE ORATIONE MENTALI.

Accidentalitér tantúm differre mentalem orationem á vocali vidimus quæst. præced. art. 2. eo quod orare essentialitér sit tollere mentem in Deum. Vndé orationis quidditas, & ratio præcipué mentali convenit, ac proindé hæc speciatim ad nostrum attinet institutum. Pro cuius declaratione sit.

ARTIC. I.

Quid sit Oratio Mentalis: & vtrum sit vtilis, & necessaria?

1 Dico primo: Oratio mentalis est actus Religionis in mente existens, quo homo intellectum, & voluntatem Deo Religiosé subjicit. Colligitur definitio hæc ex Dionysio de Divinis nominibus *cap.* 3. vbi ait: *Ante omnia oportet nos ab oratione incipere, sicut Deo nos ipsos tradentes, & vnientes.* Hunc orandi modum tradidit nobis Christus Dominus non verbo solùm, sed facto dum Matth. 14. Ascendit in montem solus orare, quod de Oratione mentali, & contemplatione communitèr à Patribus accipitur. Vt benè notat Suarez *tom. sæpius cit. de Relig. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. nec in huius definitionis explicationè ampliùs immorari necesse est.

Diony.

Sed dices: oratio essentialitèr in sola petitione consistit: sed petitio adæquatè salvatur in solo actu intellectus: ergo in huius tantúmmodò subiectione salvatur oratio. Resp. Petitionem posse sumini vel speculativè tantùm, vel speculativè simul,



simul, & practicè. Speculativè sumpta, consistit in solo actu intellectus, sed hæc potiùs Philosophica, quàm moralis, & Evangelica petitio est. Practicè autem considerata non solùm actum intellectus, sed voluntatis, imò totum hominem Deo subjicit.

2 Dico secundò: Orationem esse omni credenti vtilissimam: Etenim per orationem mentalem homo adhæret Deo: *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Et certè si cuilibet effectui suo proficit adhærere principio: conservatur namque fructus propriæ coniunctus radici, clarior effulget ignis à terra distantior, puriores fluunt latices, quo minùs ab origine distant; cum Deus sit suprema nostri spiritus causa, & radix, animæque centrum iuxta illud Pauli: *In ipso movemur, & sumus,* convincitur naturali luminè orationem mentalem, vt quæ nos nostro coniungit principio, vtilissimam esse. Accedit Christi promissio *Petite, & accipietis*, de cuius adimpletione nefas dubitare esset. Videatur circa orationis vtilitatem V. P. Fr. Ludovicus Granatans. *tract. de orationis excelentia.*

Psalm. 27.

Apost.

3 Dico tertio: Necessaria est Oratio mentalis: primò ad augmentum meriti, saltim correspondentis ipsi orationi. Quo circa N. Vvaldensis *tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 16. inquit: *Audeo dicere nullum esse meritum orationis tuæ vitalis, vbi non præcessit meritum orationis mentalis.* Secundò necessaria est ad vitanda peccata. Vndè Augustinus enarration. in *Psalm.* 148. & *lib.* 50. *Homiliar. Homil.* 26. *Quomodo aures nostræ ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras: non potest autem fieri, vt habeat mala facta qui habuerit cogitationes bonas, facta enim de cogitatione prodeunt.*

Vvald.

August.

Sed dices: multotiès evênit quem absque mentalis orationis exercitio benè operari, observareque divina præcepta. Ita certè, verùm difficultèr, & non adeò perfectè, sicut qui mentali munitur oratione. Quo circa D. Bernardus *serm.* 2. *Paschatis* ait: *In meditatione exardescit oratio, tunc enim fundit suspiria, piæ devotionis stillat aromata, tota resolvitur in lamenta.* Et Cassianus collation. 9. *cap.* 1. *Quemadmodum sine illis acquiri, vel conservari non potest hæc, de qua loquimur, perpetua orationis, iugisque tranquillitas, ita nec illæ quidem virtutis, quæ hanc præstant absque huius possunt assiduitate compleri.* Vndè etsi oratio necessaria non sit ad virtutes, vt cumquè habendas, ad ipsas tamen in statu perfecto possidendas, omninò necessaria est.

D. Bernard.

Cassianus.

4 Tandèm Oratio mentalis necessaria est ad contemplationis

tionis

tionis gratiam consequendam. Sic Ioannes Gerson *lib. de Mystic. Theolog. indust.* 11. *lit.* O Alphab. 66. *Falluntur* (inquit) *qui volunt semper, vel legere, vel orare vocalitèr, vel devotionis verba à loquentibus accipere, si putant exindè contemplationis gratiam familiarem sibi commitare .... Quapropter cum silentio præstolari salutare Dei, vt consuescat homo orare spiritu, orare, & mente, dùm etiam vocis strepitus, aut libri deerit intuitus, ipsa meditatio silens sit liber tuus, sit prædicatio. Alioquin videat ne sempèr discens, nunquàm ad sapientiam perveniat.* Gersō.

ARTIC. II.

Vtrum Oratio Mentalis sit necessaria necessitate præcepti?

AD quæstionis resolutionem notandum est duplicèm esse personarum statùm intèr fideles (de ijs enim procedit quæstio, infideles enim non teneri sub præcepto mentalitèr orare, adeó certum est, vt disputatione non indigeat) fideles ergo quidam communibus Christianorum legibus contenti, præceptis scilicet Decalogi, & Ecclesiæ, perfectiorem vivendi formam, non curant. Alij verò etsi, talia præcepta servando, æternam salutem certò consequuturos credant; altioris tamen perfectionis cupidi, Evangelica sua spontè consilia, vt leges assumpsere servanda. Huiusmodi sunt Religiosi. Sunt, & alij qui huiusmodi etiam Evangelica servant consilia, sed quia ipsi nullam sibi talia servandi consilia obligationem imponunt, vel saltim solemne votum non emiserunt, ideò inter primi status computantur fidelium.

5 Hoc supposito: Dico primo: Non datur speciale præceptum orationis mētalis, obligans indifferenter omnes fideles, si mentalis oratio sumatur purè, provt contra distinguitur ab oratione vocali, & est quædam recogitatio interna absque vlla externa manifestatione. Hanc conclusionem tenet Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 2. *cap.* 4. *num:* 4. Quæ quidèm probatur: Quia si daretur tale præceptum obligans ad orationem purè mentalem vel illud esset Ecclesiasticum, vel naturale; sed nequè vnum, nequè alterum est: ergo non datur. Maior patet ex se. Minor autem in qua stat difficultas, probatur quoad primam partem: quia Ecclesia non præcipit actus purè internos, sicut nequè de ipsis iudicat; sed oratio purè mentalis est actus purè internus: ergo non præcipitur ab Ecclesia: ergo non datur præceptum Ecclesiasticum de oratione purè mentali. Quod neque naturale detur, Suar.

pro-

probatur: Quia etsi de oratione detur speciale præceptum tam Ecclesiasticum, quam naturale, vt supra *q. 1. art. 7.* dicebamus; huic tamen satisfit vocali oratione; qui enim Officium Divinum quotidiè recitaret, proculdubiò naturali orandi præcepto satisfaceret: ergo de oratione mentali non datur naturale præceptum.

6 Dices: Præcipit Deus, peccatorem satisfacere divinæ offensæ vel per contritionem, vel per attritionem simul cum Sacramēto; sed ad hoc necessaria est aliqualis recogitatio peccatorum, quæ quidèm meditatio est; ergo præcipit Deus mentalem orationem: Maximè cum tàm attritio, quàm contritio sint actus purè interni, qui quidèm de facto præcipiuntur in casu posito. Vlteriùs: in casu gravis tentationis cui resistere debemus semper, multotiès ad orationem mentalem recurrere necesse est pro auxiliorum impetratione: ergo cum sub præcepto teneamur tentationi resistere, consequentèr sub præcepto mentaliter orare tenemur. Deniquè sub præcepto tenemur orare, vt loco proximè citato dicebamus: ergo mentalitèr: Probatur consequentia: Nam vt supra *q. 1. art. 2.* dictum est, non datur oratio vocalis, quæ oratio verè sit, cui mentalis non coniungitur: ergo si datur præceptum orandi, mentalitèr orandi datur. Quocirca aiebat Divus Gregorius: *Illam orationem Deus non audit, cui ille qui orat non intendit.* D. Greg.

Respondetur: In præsenti sermonem esse de præcepto, quod per se directè, & ratione sui mentalem orationem præcipiat, non de illo, per accidens, & ratione alterius mentaliter orandi obligationem inducat, quo vnico verbo ea omnia enervantur exempla: primum quidem, quia etsi attritio, & contritio actus interni sint, & similitèr peccatorum recogitatio, non tamèn per se, sed ratione satisfactionis Deo pro offensa debitæ præcipiuntur. Recursus itidèm ad orationem mentalem in gravi tentatione non per se, sed ratione obligationis vitandi peccata, obligat. Ac deniquè intentio illa ad orationem petita, ab ipsius orationis præcepto ortum ducit. Cumquè hoc non sit determinatè de oratione mentali, pro vt dicit tantùm mentaliter orare, nullum ad ipsum per se obligans extat præceptum.

7 Dico secundò Religiosos sui status ratione ad orationis mentalis exercitium teneri; quamvis hæc obligatio non omnes æqualitèr afficiat. Et probatur nam omnes ferè Sancti PP. de huiusmòdi Cœlestis exercitij necessitate magna cum ponderatione semper loquuntur, inter quos D. Bonaventura opus-

opusculo de processu Religionis *lib.7. cap.* 11. hæc ad rem de qua agimus opportuna protulit verba: *Sicut favus sine melle, sicut murus absquè temperamento, & sicut cibus absquè condimento.... omnis Religio arida, & imperfecta est, & ad ruinam promptior, quæ Spiritum Divinæ suavitatis non quærit, & præcipuum conamen ad cordis studium internæ puritatis non impendit.* Quod adeò verum existimat eruditissimus Caietan. 2. 2. q. 82. *art.* 3. vt non immeritò dixerit: *Quod: nec Religiosi, aut Religiosæ, seu spiritualis etiã nomine vocari potest, qui saltem semèl in die ad huiusmodi se nõ transfert. Quomodo nãque effectus absque causa, finis absquè medio, insularis portus absque navigatione haberi nequit; sic nec Religio in actu absque frequentatis actibus suarum causarum, mediorum, aut vehiculorum.* Idem tenent Hieron. Ambros. Basilius, Chrisostom. & alij, quos refert, & sequitur R.P.N. Fr. Ildephonsus à Iesu Maria Carmeliticæ reformationis in hac Hispaniæ Congregatione semèl, atque iterum meritissimus Generalis, *tom.* 2. *de periculis, & remedijs perfectionis Religiosæ part.* 1. *discurs.* 7. §. 4. & 5.

Dixi non omnes hanc obligationem æqualitèr afficere, in illis namquè Religionibus, quarum propriùs, & peculiaris scopus est oratio, & divinorum assidua meditatio strictiùs prædicto Religiosi obligantur exercitio; maximè si in regula alicuius Religionis ita sanciatur, vt in nostra cap. de oratione perenni, cuius hæc sunt verba: *Maneant singuli in cœllulis suis die, ac noctè in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes:* Vndè ex vi huius cap. regulæ ad continuũ orationis mentalis exercitiũ tenemur, nisi alijs iustis occasionibus occupemur, vt inibi regula ipsa notat. Quaproptèr nisi ex vi constitutionum, vel obedientiæ superioribus debitæ alia nobis opera præscribantur; tenebimur saltem sub veniali omnes Carmelitæ Discalceati iugi orationi mentali, & divinorum assiduæ meditationi vacare, pro tempore saltém à Religione assignato.

Sed dices cum quibusdam, qui teste Suario loco citato, docent: omnes ad orationem mentalem ita teneri, vt audeant asserere, quod in statu gratiæ non sunt *qui saltem per horam in die non vacant orationi mentali.* Quod præcipuè verificatur de Religiosis, qui spirituales sunt, & spiritualiter vivere tenentur. ¶ Accedit: quod si non omnibus est impositum præceptum de oratione mentali obligans ad mortale, ideò est: quia Ecclesia actus purè internos non præcipit; sed regula nostra est

lex Ecclesiastica; ergo orationem, quæ actus merè internus est, præciperè non valet; proindequè orationem mentalis omissio peccatum in nobis veniale non erit.

Ad 1. Respondetur: quod si semèl tale datur in Religiosis præceptum (loquendo de omnibus) illud adimplère sub mortali tenentur, non quidèm ex speciali præcepto, sed ratione status Religiosi, cui indispensabilitèr inhæret obligatio illa tendendi ad perfectionem, seu ambulandi per viam, quæ ad illam obtinendam perducit, quod absquè mentalis orationis subsidio moralitèr contingere nequit. Cœterum si alijs medijs in talem finem tendere, & ipsum assequi possent, nullatenùs ad orationem mentalem sub mortali tenerentur.

Ad id quod additur, dicimus, quod in nostra sententia Ecclesia per se, & directè saltèm de facto non præcipit actus purè internos. Nam Iuxta commune illud proloquium: *Ecclesia non Iudicat de occultis*, ac proindè nec occulta præcipit; cùm si prçciperet, Iudicaret. Iudicare enim de legibus à se impositis competit legislatori illas imponenti; vndè obligatio illa ex regula non consurgit, sed ex vi voti obedientiæ in professione emissi, quoad obediendum iuxta regulæ suæ præscriptum se obligavit. Quæ quidèm obligatio est de Iure Divino ex vi voti; vel est obligatio quam quis ex propria sibi potest imponere voluntate ad actus purè internos, erit tamen obligans duntaxat sub veniali, cum ita receptum sit in nostra Religione: Sic tenet Suarez locis citatis, & est communis DD. sententia.

ARTIC. III.

Vtrum Oratio Mentalis habeat partes?

10 POtest sumi oratio, vel constitutivè secundùm id præcisè, quod attinet ad ipsius essentiam, vel adæquarè secundùm ea omnia, quæ orationem, adhoc vt debitè fiat, committantur. Primó modo certum est solùm includere petitionem mentalem, in hac enim orationis quidditas consistit, ac per consequens prout sic nullas habet partes. Secundo autem modo dicit non solùm petitionem, sed alia quasi connotata, quç à Mysticis Doctoribus communitèr orationis partes dicuntur, ex quorum sententia.

11 Dico primo: Orationis partes præcipuè sunt sex, nempè: *Præparatio*, *Lectio*, *Meditatio*, *Gratiarum actio*, *Oblatio sui*, & *petitio*. Dixi *partes præcipuæ*, quia nonnulli plures assignant, vt *Epylogum*, & *Ponderationem*, sed prædictæ sex com-

communiores inter Doctores sunt. Sic noster Ioannes à Iesu Maria, in sua Schola orationis, *tract. 2. § de partibus orationis.* Horum autem, & necessitas, & sufficientia hoc discursu probatur.

Fr. Ioã. Iesu Maria.

12 Orare, essentialitèr, & quidditativè sumptum, est aliquid à Deo petere; sed ad hoc vt petitio debito cum modo fiat requiruntur, & sufficiunt prædictæ partes: ergo: Consequentia est legitima, maior est certa; probatur minor: Etenim sæcularibus negotijs præpedita mens attentè, & sine distractione orare nequit, quoadvsquè, pacato phantasmatum tumultu, regionem mentis serenat, quod media præparatione fit: Vndè Ecclesiasticus: 18. v. 23. *Ante orationem prepara animam tuam, & ne sis quasi homo, qui tentat Deum.* Deindè cum meditatio veritatis inquisitio sit, plurimum iuvat lectio, qua dirigatur mens per viam veritatis: Hinc D. Bernardus libèllo de modo orandi *meditationem sine lectione erroneam* appellat, vel etiam ad hoc requiritur, vt citiùs auditis voluntas fervescat: quo circa Apostolus aiebat Tito: 1. *Epist. cap. 4. Attende lectioni, exhortationi, & Doctrinæ, noli negligere gratiam, quæ in te est.* Rursus cum oratio debeat ad rectificandum affectum ordinari, vt ardentiùs per viam veritatis incedat, sunt inquirenda motiva, quæ voluntatem à vitiorum illecebris reducant, quod quidem media meditatione Divinarum perfectionum fit. Hinc per Psalmistam dicitur: *In meditatione mea exardescet ignis.* Item ex meditatione talium perfectionum, in nostrum commodum prona, in nosquè abundè benefica, naturalitèr excitatur gratitudo, vel gratiarum actio, quem affectum experiebatur Apostolus ad Romanos 6. v. 17. dùm ait: *Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis; liberati autem à peccato.* Prætereà cum gratiarum actio non solùm affectiva, sed effectiva esse debeat, quæ ex corde est, pro acceptis beneficijs retributionem satagit. Cumquè hæc per solam sui traditionem in Dei obsequium perfectè exhiberi valeat, se ipsum, suaquè homo Deo pro acceptis beneficijs, in ipsorumquè aliqualem compensationem offert. Deniquè cum præstita Deo fides sine ipsius auxilio observari nequeat, huius indigentiæ conscius homo, exigit ab ipso Deo talium auxiliorum collationem, in qua petitione quidditas orationis sita est. Cumquè nihil aliud desiderari possit ad perfectionem orationis; & ad ipsius debitum modum hæc omnia saltim de congruentia requirantur, sequitur partes

Eccles. D. Ber. Paul. 1. ad Tit. Ps. 38. v. 4. Ad Roman.

orationis esse sex propositas, nequè plures, nec pauciores.

13 Dices: Inter assignatas orationis partes devotionis non meminimus. Sed hæc ex mente D. Bonaventuræ pars orationis est: ergo &c. Minor probatur: Ex authoritate à nobis *art. præced.* allata; sic enim ait: *Vita Religiosi sine studio internæ devotionis, sicut favus sine melle, &c.*

Sed ad hoc facilè respondetur: Devotionem non esse orationis partem, sed effectum, causatur namquè devotio ex meditatione, & consideratione divinarum perfectionum, & beneficiorum, vndè non orationis pars, sed effectus dicenda est. Quod evidentiùs patet ex natura, & essentia ipsius devotionis, consistit namquè in quadam voluntate tradendi se promptè ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum, quæ promptitudo est effectus orationis secundùm prædictas partes sumptæ. Videatur D. Thom. 2.2. q. 82. art. 3. per totum. Nec authoritas D. Bonaventuræ oppositum persuadet, quinimò prædictam doctrinam confirmat. Sicùt enim studium scientiæ non ipsius scientiæ pars, sed causa est, sic orationis studium non est orationis pars, sed causa, & similitèr devotionis. *D. Th.*

ARTIC. IV.

Vtrum præparatio, & lectio debeant meditationem præcedere?

15 HVic articulo, eiusquè quæsito breviter, sed affatim quoad primam ipsius partem satisfecerat Ecclesiasticus vbi supra: *Ante orationem*, inquiens, *præpara animam tuam, & ne sis quasi homo qui tentat Deum.* Sed quia nonnulla circa præparationem dicere oportet, laxiori calamo resolutionem proponere libuit. Dicendis viam sternat Seraphica Doctrix nostra Theresia, quæ *tom. 1. Epistolar. Epist.* 8. ad Illustris. RR. D.D. Ildephonsum Velazquezium Episcopum Oxomensem, ipsum Divino consilio circa præparationem orationi præmittendã instruens, sic inquit: *Lo que me fue mostrado del orden, que V. S. ha de tener al principio de la oracion, hecha la señal de la Cruz, es acusarse de todas sus faltas, cometidas despues de la Confession, y desnudarse de todas las cosas, como si en aquella hora huviera de morir. Tener verdadero arrepentimiento de las faltas, y rezar el Psalmo de Miserere en penitentia de ellas. Y tras esto tiene de dezir: à vuestra Escuela, Señor, vengo à aprender, no à enseñar, hablarẽ* *Ecclesi.* *S. Matter N. Ther.*

con vuestra Magestad, aunque polvo, y ceniza, y miserable gusano de la tierra; mostrad, Señor, en mi vuestro poder, aunque miserable hormiga de la tierra.

Ex his constat duplicem esse præparationem ad meditationem requisitam, remotam scilicèt, quæ est peccatorum evitatio, emendationisquè propositum, & studium; & proximam, quæ in quadam sui humili cognitione, inquè ponderatione propriæ parvitatis comparativè ad divinam maiestatem, cui loqui decernit, consistit. Nec tamèn singulos immediatè antè meditationem defectus recogitare necesse est, hæc quippè commodiùs alio ad id destinato tempore fiet, nè rerum varietate distracta mens, firmitèr contemplationi, vel meditationi insistere nequeat. Proderit tamèn orationis initio, vel fortè altissimæ contemplationis fine propriæ exilitatis, & miseriæ memorem esse: Nam vt aiebat Seraphica Theresia: *Aun en la mas subida contemplacion deve ser este el pan quotidiano.*

16 Dico secundò: Vt meditatio fructuosius exerceatur, spiritualis lectio præcedere debet. Probatur ex D. Bernardo prædicto libello de modo orandi; vbi sic ait: *Lectio quasi fundamentum primò occurrit, & data materia mittit nos ad meditationem.* Et libello eodem (qui alio titulo *Scala Claustralium* dicitur, Augustinoque tribui solitus, atquè inter eius opuscula tom. 9. contentus, sub titulo *scala Paradisi*) ita habet: *Lectio quasi solidum cibum ori apponit, meditatio masticat, & frangit, oratio saporem acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo, quæ iucundat, & reficit.*

D. Ber.

17 Si quæras: an præparatio proxima præcedere debeat lectionem, vel ècontra? Respondeo: Indifferentèr se habère: Præparatio namquè, inquit Suarez, *Vel fieri potest priusquàm homo suam orationem inchoet, quandò eam facere proponit, vel in ipso orationis vestibulo, quod semper necessarium est, & in rigore sufficit, vtilius autem si priori modo fiat; imò vt rectius fiat, est moraliter necessarium.* Hæc Sapientiss. Mag. Suarez *tomo, & lib. cit. cap. 2. n. 3.* Suar.

18 Si quæras iterum: quæ lectio vtilior sit? Respondeo illam aptiorem esse, quæ efficacius animum moveat, devotionemque ferventius excitet. Quare illos elige libros, qui iuxta Apostolum: *Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis* edocent. Huiusmodi sunt *contemptus mundi. Epistola seu colloquium Christi ad animam.* Authore *Ioanne Lanspergio. Taulerus de vita Christi.* V. Patris Magistri *Ludovici* Ad Chor. v. 4.

Granatensis devotissimæ meditationes, per hebdomadæ dies suo ordine dispositæ. Et illud vniversalitér observare expedit, vt lectio, & meditatio sint circa eandem materiam. Hæc dicta intellige de lectione immediaté præcessura meditationẽ: requiritur insupèr vt qui orationis iter arripiunt, illos libros frequentèr præ manibus habeant, qui huiusmodi viam apprimè demõstrare possint, inter quos, ni filialis seducat affectus, *Seraphica M. N. Theresia*, Mysticusque Doctor S. P. *Ioannes à Cruce* primatum obtinent.

19 Si deniquè inquiras: Quanta debeat esse Lectio, vel quo tempore durare, quæ meditationem præcessura est? Respondeo: debere esse brevem, & quæ regulariter meditationi materiam præbeat, affectumquè aliqualitèr saltim, provt Dominus vnicuique cõcesserit, ad devotionem excitet. Hinc est, quòd, & si omnibus brevitas præparatoriæ lectionis consulenda sit, nequit tamèn singulis determinata mensura imponi, provt minus rectè, quidam assignabat duodecim lineas, nec plures, nec pauciores.

20 Hic obitèr adverte: præ assignatas orationis partes non necessariò servare inter se ordinem prioris, & posterioris; multotiès enim *Petitio* v. g. quæ ordine assignato posterior est, convenientèr fit prior. Vt quæ auxilia impetrat ad quietam, omnisquè perturbationis expertem meditationem habendam. Doctrina est D. Dionysij de Divinis nominibus *cap.* 3. vbi ait: *Nos enim precibus primum, vt boni principium deduci debemus.* Et infra: *A precibus nobis ordiendum est.... Vt Divinis commemorationibus, invocationibusquè nos metipsos tradamus, ei, & coniungamus.* Hoc ipsum Seraphica docuit Theresia verbis supra relatis: *Mostrad, Señor en mi vuestro poder.* *Diony.* *S. Ther.*

ARTIC. V.

Quid, & quotuplex sit meditatio?

21 CVm proprium munus diffinitionis sit vnicuscuiusquè rei naturam, & essentiam explicare, nulla aptiori via meditationis quidditas explicari valet, quàm eius definitionem in medium adducendo. Meditationem igitur definit Sanctus Laurentius Iustinianus *tract. de Ligno vitæ:* Titulo *de virt. orat. cap.* 7. circa finem his verbis: *Meditatio est studiosæ mentis intentio, circa aliquid investigandum diligenter insistens, & distincta pro motione semper se ad altiora extendens. Est etiam providæ animæ obtutus in veritatis inquisitione libenter occupatus.* Hanc laboriosam veritatis inquisitionem, *Laur. Iustin.*

quæ

quæ meditationis propria est, apprimè sub metaphora, è profundo putei exhaurientis aquam explicuit Seraphica Doctrix nostra Theresia *lib. suæ vitæ cap.* 11. In eundem ferè sensum loquitur D. Bernardus, alijquè plures è Sanctis Patribus, quos in hac parte sequuntur DD. Mystici, è quorum doctrina hęc brevis colligitur meditationis definitio: *Meditatio est veritatis per mentem inquisitio, voluntati ad excitandum affectum rectum proponendæ.* Per priora verba convenit meditatio, quæ est orationis pars, cum meditationibus purè Scholasticis, seu speculativis, vndè sortiuntur rationem generis in prædicta definitione. Differt verò ab ipsis per subsequentia. Etenim sola meditatio, quę est orationis pars, ordinatur per se ad investiganda motiva excitantia devotionem, charitatem, gratiarum actiones, hisque similes affectus, de quibus ampliùs infra constabit. Et hæc de meditationis quidditate.

S. Theres.

S. Ber.

22 Ad divisionem autem deveniendo, multiplicitèr dividitur meditatio tám ex parte materiæ, quàm ex parte obiecti. Et quidèm ex parte materię triplex invenitur meditationis genus, inquit Laurentius Iustinianus *loc. cit. Vnum in creaturis, vnum in scripturis, vnum in moribus.* Sunt etenim creaturæ meditationis materia, quia ex illarum pefectione in Authoris, pulchritudinis, potentię, sapientiæ, &c. devenimus cognitionem: *Invisibilia Dei* (inquit Apostolus) *per ea, quæ visibilia facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoquè eius virtus, & divinitas.* Ad Rom. 1. *v.* 20. Scripturæ autem materia meditationis sunt, quatenus ex ipsis clarior Dei notitia mentibus nostris affulget. Attamèn non est in cortice litteræ sistendum, sed in spiritu perscrutandum. *Littera enim* (aiebat Apostolus) *occidit; spiritus autem vivificat.* 2. ad Chor. 3. *v.* 6. Mores deniquè materia meditationis sunt, quatenus ex illorum diligenti examinè satagit animus errata corrigere, recta prosequi, laudabilia in dies augescere, abijcere turpia, diligere honesta. Hinc Psalmista Ps. 118. *v.* 47. *Meditabar in madatis tuis, quæ dilexi.* Sed de meditationis materia iterum redibit sermo.

Laur. Iustin.

Ad Roman.

2. Ad Chor.

Ps. 118.

23 Ex parte autem obiecti si dividatur meditatio, etiam est triplex: Vna *sensibilis*, alia *imaginaria*, altera *intellectualis*, quæ divisio desumitur ex triplici cognoscitivæ potentiæ differentia. Alia enim est merè sensitiva, & externa, vt *visus, gustus, &c.* alia sensitiva, sed interna, vt *sensus communis, æstimativa, &c.* inter quas quia præcipuum locum obtinet *imaginativa*, ideo earum operationes

imaginariæ dicuntur. Alia deniquè intellectiva est, & omninò spiritualis, à qua intellectualis operatio denominatur. Ad divisionem igitur obiectorum harum potentiarum dividitur meditatio ex parte obiecti. Sed quia duæ priores ad intellectualem cognitionem ordinandæ sunt, quatenùs ex ipsis medio intellectu moveatur voluntas, alioquin essent meræ speculativæ; ideò meditationis naturam non per se, sed per ordinem ad intellectivam sortiuntur. Ex dictis colliges, & præcluditur tacita obiectio, materiam meditationis, & ipsius obiectum in re esse idem, vocari autem materiam, quatenùs ex ipsa movetur voluntas ad aliquem ex prædictis affectibus, obiectum verò per ordinem ad potentiam, media qua cognoscitur. Hic obitèr adverte præcipuam, & frequentiorem meditationis materiam debere esse humanitatem Sacrosanctam Christi Domini. Consilium est, imò præceptum Seraphicæ Matris nostræ Theresiæ *tom. I. Epist. 8.* vbi sic ait: *Pondrà delante de los ojos del entendimiento, ò corporales à Iesu Christo Crucificado, al qual con reposo, y afecto del alma remire, y considere parte por parte.* Sed de hoc latius infra. S. The.

(∴)

ARTIC. VI.

Vtrum meditatio absque ponderatione inveniri possit?

24 Resolutio præsentis difficultatis facilis est negotij, cum non de necessiate simplicitèr, sed ad melius esse sermo sit. Simplicitèr enim loquendo potest Deus absquè aliqua ponderatione affectum movere; vel certè sic dispositam esse voluntatem, vt simplici mysterij alicuius intuitu in amorem, dolorem, aliumvè affectum prorumpat. Loquendo igitur de necessitate in sensu dicto, ponderatio ad meditationem necessaria est. Probatur: quia meditatio, quæ est pars orationis, ordinatur ex natura sua ad subjiciendum intellectum divinæ veritati, voluntatemquè divinæ bonitati, & perfectioni: sed ad hoc necessaria est ponderatio Maiestatis Divinæ, & parvitatis, atquè vilitatis propriæ; cum hæc efficacitèr moveant voluntatem tum ad timorem, tum ad amorem, tum ad gratiarum actionem, hisquè similia: ergo ponderatio ad meditationem necessaria est. Huiusmodi autem ponderationis methodum proponit Santissima M. N. Theresia *loc. proximè cit. n. 6.* his verbis: *Primeramento considere la naturaleza divina del* S. The.

del Verbo Eterno del Padre, vnida con la naturaleza humana, que de si no tenia ser sino se la diera. Y mirar aquel inefable amor, con aquella profunda humildad, con que Dios se deshizo tanto, haziendo al hombre Dios; haziendose Dios hombre. Y aquella magnificencia, y larguezа, con que Dios vsò de su poder, manifestandose à los hombres, haziendoles participantes de su gloria, poder, y grandeza. Y si esto le causare la admiracion, que en vna alma suele causar, quedese aqui: que deve mirar vna alta tan baxa, y vna baxa tan alta.

25 Si verò meditationis materia creaturæ sint, ipsarum pulchritudo, Deiquè Potentia, Sapientia, Providentia in ipsis splendentia ponderari debent. Cum Psalmista Ps.91. v. 6. exclamantes: *Quàm magnificata sunt opera tua Domine! Omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.* Ps. 103. v.24. Cumquè hęc omnia proptèr hominem facta conspexerit, iuxtà illud Pauli scribentis ad Chorint.1. *cap.3. v.22. Omnia vestra sunt.* Necessariò, gratitudo excitabitur, & amor in eum qui tot liberal tèr beneficia indigno contulerit.

Psalm.

1. Ad Corint.

26 Si deniquè de moribus meditatio sit: hoc est de peccatis commissis, dequè omissis virtutum actibus, propriam ingratitudinem cum divina conferat benevolentia, Divino comparet amori, qui tot ei contulit beneficia, quiquè in peccatis existenti, vt resipisceret, auxilia concessit, nec infructuosam arborem (cum æquissimè potuisset) succidit. Hæc vt par est ponderans, quis non tantum benefactorem diligat? Qui plura de ponderatione velit, *Ludovicum* consulat *Granatensem. Fr. Antonium de Molina* Cartusianum. *Taulerum*, & *Blosium de Passione Christi.*

ARTIC. VII.

Vtrum gratiarum actio, & oblatio sui ad meditationem subsequi debeant?

27 SI ordo, à Mysticis Doctoribus inter orationis partes assignatus tenendus sit, regulariter gratiarum actio meditationem subsequi debet. Ratio est, quia vt benè ait N. Fr. Philippus à Sanctissima Trinitate 1. p. *Mystic. Theolog. tract.1. discurs.3. art.5. Gratiarum actio consistit primò in affectibus gratitudinis erga Deum benefactorem, proptèr recepta à Deo tot, tantaquè beneficia, in ipsa meditatione formaliter, aut virtualiter penpensa.* Quod si per omnes meditationis modos discurras, facilè depræhendes in quolibet illorum inveniri motiva ad prædictum gratitudinis affectum excitan-

Fr. Philipp. à Trinit.

citandum. Videatur prædictus Philippus à Trinitate *loc. cit.* qui per omnes meditationis materias hoc circa latè divagatur.

28 Dixi: *Regularitèr*: Quia licèt conveniens sit, imò iuxta communem procedendi modum necessarium, gratitudinis actus elicere, post meditationem; salubre tamen consilium est, si quis alium sentiat affectum, vehementèr in illum voluntatem propendere, puta Humilitatis, Obedientiæ, &c. illum sequi, in ipsiusquè virtutis actus prorrumpere. Huiusmòdi siquidem actus sic suaviter, ac spontè facti, multo magis corroborant animam, reficiunt mentem, potentias vegetant, quam ij, quos proprio labore, & industria efficimus, & in quos voluntas violenter quodammodo deflectitur.

29 Dico secundo: oblatio sui Regulariter etiam post meditationem facienda est: Probatur: Finis proprius huius oblationis est perfecta legum observantia, divinæquè voluntatis exequutio, quorum adimpletionem per oblationem sui protestatur homo: sed hoc libentius fit post meditationem, quam antea: ergo oblatio meditationem debet subsequi. Maior patet ex Apost. ad Roman. 12. v. 1. 2. & 3. Qui cum in fine capitis præcedentis dixisset: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*, subdit: *Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, & nolite conformari huic sæculo; sed reformamini in novitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Minor autem sic ostenditur: subjicere voluntàtem propriam alterius ductui, liberum arbitrium mancipare alicuius imperio, res est sanè difficilis: ergo nisi motiva ad id efficiendum suadentia cognoscantur, difficillimè voluntas subjicietur, his autem cognitis, libentius: hæc motiva ostendit meditatio: ergo oblatio commodiùs fit post meditationem.

Ad Rom.

30 Dixi *Regulariter*: Nam quandoquè oblatio sui commodè fit ante meditationem, vt ex doctrina Seraphicæ Matris nostræ Theresiæ præcitat. *Epist.* 8. *ex tom.* 1. constat, ibi enim sic ait: *Ofreciendose á Dios en perpetuo sacrificio de holocausto, pondrà delante de los ojos, &c.* Et quidèm oblatio sui in generali absque peculiaris virtutis exercendæ proposito, commodè semper fit ante meditationem: per hoc enim aliqualitèr disponitur voluntas ad facilius specialia virtutum opera offerenda; attamèn hæc in particulari offerre, vel proponere convenientius post meditationem fit,

S. The.

in

In ipsa namquè dignoscitur, vel necessitas, vel debitum, vel motivum saltim gratitudinis ad prædicta opera offerenda, vel proponenda.

31 Huius autem oblationis series hæc est; primò seipsum, suaquè omnia, sivè cogitationes, sivè affectiones, sivè opera Deo offerat. Deindè observare proponat ea omnia, quæ ad Dei servitium expectant, ea præcipuè, quæ status proprij peculiaria sunt, exercitium insupèr virtutis, qua se præ omnibus indigere conspexerit, vitij extirpationem, quod radicitùs animæ infixum intelligat, deniquè salvatoris in se ipso proponat exprimere similitudinem. In calce huius articuli memineris velim Cœlestis illiu. consilij Seraphicæ Doctricis: *Haga cada dia cinquenta ofrecimientos de si à Dios, y esto haga con grande fervor, y deseo de Dios.* S. The.

ARTIC. VIII.

Vtrum petitio, pars vltima orationis, aliquas circumstantias habere debeat?

32 ORationis, seu petitionis conditiones triplici ex capite provenire possunt 1. ex ipsa petitione secundum se. 2. ex re petenda. 3. ex illo, pro quo res à Deo petenda est.

Dico igitur primò: ad petitionem secundùm se duæ requiruntur conditiones. Prima est *Fiducia.* Secunda *Perseverantia.* Requiritur *Fiducia*, hoc est quòd petens firmiter, & absquè hæsitatione credat se non suis meritis, sed divina benignitate à Domino consequuturum id, quod ad Dei gloriam petit. Probatur: nam qui petit absquè spe firma consequutionis, iniuriam facit ei, á quo petit: vel enim ideò consequi non sperat, quia eum à quo petit iudicat non posse, quamvis velit, vel nolle, quamvis possit: vtrumquè iniuriosum est Deo: ergo petens firmiter sperare debet consequi, quod iuste exigit. Maior ex se patet: consequentia est legitima: probatur minor: & quidèm quoad primam partem constat: quia derogat divinæ omnipotentiæ: quoad secundam autèm probatur: quia qui credit Deum posse, sed nolle, eum infidelem, promissaquè non ad implentem reputat: ait enim in Evangelio: *Petite, & accipietis.* Contradicit similitèr B. Iacobo Apostolo, qui sua Canonica *cap.* 1. v. 1. ait: *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet á Deo, qui dat omnibus afluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Subiungit deindè hac primam petitionis conditionem, scilicet *fiduciam*, inquiens: *Postulet autèm in fide, nihil hæsitans, qui enim hæsitat similis est fluctui maris, &c.* Audiamus insupèr D. Iac. Apost. Epist. Canon.

Laur. Iustin. B. Laurentium Iustinianum de Casto consilio *cap.* 22. hac de re egregiè loquentem: *Petendi* (inquit) *inest nobis facultas, sed petitionum effectus desuper expectandi sunt. Facilè enim quispiam exauditur, si à se timorem, dubietatemquè impetrandi, & diffidentiam amoverit possidendi.* Reddensquè rationem, subdit: *Libentius nempe Dominus suscipit, quam ejiciat paratior quoque ad tribuendum, quam homo sit ad flagitandum. Ob hoc plerunquè prævenit vota, atquè merita donorum erogatione transcendit. Invitat trepidos, expectat pigros. Sustinet delinquentes, induratos stimulat, renitentes hortatur, & quosquè ad se pergentes benigna refovet charitate, quid igitur pertimescis ò homo?*

Secunda conditio Petitionis est *perseverantia.* Hinc Esdras *4.Esdr.* 4. 15. v. 8. ait: *Animæ iustorum clamant perseveranter.* Ab hac conditione multotiés pendet orationis fructus. *Importuna mulier* (ait D. Hieronymus) *in* *S. Hieronym.* *Evangelio auditur.* Et Lucæ 11. *Luc.* 11. v. 9. Amicus ille, qui noctù ab amico tres commodatos exigebat panes, importuna obtinuit perseverantia, quòd sola amicitia nequibat. Vndè D. Gregorius Magnus *Fructus*, inquit, *D. Gregor. Magn.* *boni operis perseverantia est.*

33 Dico secundò: ex parte rei petendæ nonnullæ etiam requiruntur conditiones. Prima vt res petita honesta sit. Est enim oratio vt supra q. 1. *art.* 1. *n.* 5. ex D. Thom. & Damasceno vidimus, *Petitio decentium à Deo.* *D. Th. ex Damasc.* Et vt benè Caietanus, Oratio: *qua aliquid malum à* *Caiet.* *Deo petitur, non est oratio, sed execratio.* Quare D. Iacobus *S. Iac. Apost.* Apost. *cap.* 4. *suæ Epist.* v. 3. ait: *Petitis, & non accipitis, eo quod malè petatis.* ¶ Secunda conditio est vt id quòd petitur, ad Beatitudinem conducat: possunt enim, imò, & debēt huiusmodi res à Deo peti, sicut, & ipsa Beatitudo. Vndè Christus per Matthæum 6. v. 33. *Quærite primum Regnum Dei.* *Matth. 6.* Sed ad hoc quærendum requiritur vt ea, quæ in oratione petuntur ad huiusmodi finem conducant: ergo petitio debet esse de ijs, quæ ad Beatitudinis consequutionem concernunt. ¶ Tertia deniquè conditio est, vt res indifferentes, quales sunt omnes temporales, vt puta salus, divitiæ, honores, &c. non nisi quatenùs ad vitam æternam assequendam concernunt, petantur. Ideòque non absolutè, sed sub conditione, quatenus videlicet ad prædictum finem expediunt, sunt exigendæ. Vndè D. Thom. *D. Th.* 2. 2. *q.* 83. *art.* 6. ita ait: *Sicut Augustinus dicit ad Probam de orando Deum, hoc licèt orare, quod licèt desiderare; temporalia autem licèt desiderare, non quidèm principalitèr, vt in eis finem constituamus, sed sicut*

quædam

quædam adminicula quibus adiuvemur ad tendendum in Beatitudinem, in quantum scilicet per ea vita corporis sustentatur, & in quantum nobis organice deserviunt ad actus virtutum, vt etiam Philosophus dicit in 2. Ethicor.

34 Dico tertiò: Loquendo de ijs, pro quibus oratio fundenda est, hic ordo servari debet. In spiritualibus quilibet pro se ipso prius petat: in his enim charitas incipit á se ipso. Sic David priusquàm peccatorum postulasset conversionem, spiritus confirmationem sibi exigebat. Psalm. 50. *v.* 14. & 15. *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Subiungit deinde: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te convertentur.* Orandum insuper est pro viatoribus cunctis (damnatis enim nihil prodest oratio) ipsisquè tàm spiritualia, quàm temporalia bona, quatenùs hæc ad vitam æternam assequendam deserviunt, sunt petendæ; pro cunctis inquam viatoribus sivè fideles sint, sivè infideles, quia nobis non constat, qui ad vitam sint præordinati, quivè reprobi, soli enim Deo cognitus est numerus electorum in superna fælicitate locandus. Debet prætereà fieri oratio pro cunctis animabus Purgatorij, pro cunctis Ecclesiæ Dei necessitatibus, pro cognatis, pro afflictis, & captivis, pro amicis, proquè inimicis, & pro ijs maximè, iuxta consilium præceptumvè Christi Domini: Orate pro persequentibus vos. Oratio deniquè fieri debet, ad hoc vt efficacior sit, interponendo merita Christi Domini, quod, & sancta facit Mater Ecclesia, dum ea, quæ petit, sibi concedi postulat per Christum Dominum nostrum.

Ps. 50.

35 Prædictæ conditiones, si attentè consideretur, continentur in oratione Dominica. Vndè Augustinus *Epist.* 121. ad Probam *cap.* 12. sic ait: *Si rectè, & congruenter oramus, nihil aliud dicere possumus, quam quod in ista oratione Dominica positum est.* Plures etiam, & vtilissimas considerationes, ac doctrinas planè Cœlestes ex hac Dominica oratione deprompsit Seraphica Mater N. Theresia *tract. de via perfectionis* per totum. Et peculiari opusculo Matriti edito in lucem anno Domini 1678. Septem meditationes, per hebdomadæ dies dispositas, ex ipsa Dominica oratione concinnavit, ad animarum profectum summoperè aptas. Videatur itidem D. Th. 2.2. *q.* 83. *art.* 9.

Aug. S. Ther. D. Th.

36 Inquires: An his omnibus conditionibus concurrentibus, & orationem comitantibus infallibiliter oratio id assequatur, quod postulat? Huic quæsito aptissimè respondet N. Fr. Philippus á SS. Trinitate

vbi

Fr. Philipp. à Trinit. vbi supra, his verbis: *Qui petat cum dictis omnibus circumstantijs, infallibiliter iuxta fidelem Christi promissionem impetrat, quod petit, aut aliquid maius, & melius, quamvis nonnunquàm concessio ad opportunum tempus differatur.*

QVÆSTIO TERTIA.

DE CIRCVMSTANTIIS ORATIONIS Mentalis.

PRæter dictas orationis conditiones, quæ sunt veluti intrinsecæ ipsi, & cuilibet eius parti, habet & alias quasi extrinsecas, & generales circumstantias, sicut & quivis humanus actus habere potest: eaquè reduci possunt ad septem, quæ pro actibus moralibus communitér assignantur á Doctoribus illoqué versiculo continentur.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis *denotat personam mentalitér orantem.* Quid. *Materiam orationis.* Vbi. *Ipsius locum,* Quibus auxilijs. *Media, & principia ad orationem conducentia.* Cur. *ipsius finem.* Quomodo. *Intensionem, & modum.* Quando, *Orationis tempus. Pro quorum declaratione sit.*

ARTIC. I.

Vtrum omnibus conveniens sit exercitium orationis Mentalis?

1 DIco primò: Loquendo de viatoribus, cunctis convenientissimum est orationis mẽtalis exercitium. Probatur: quia viator omnis aut iustus est, aut peccator: Si iustus? indiget auxilijs divinis ad iustitiam conservandam, quæ quidèm auxilia nulla aptiori via consequi à Deo valet, quam perenni oratione. Debet prætereà iustus iustitiæ augmentum sempèr solicitè inquirere, iuxta illud Apocalips. 22. Qui

Apoc. *Qui iustus est iustificetur adhuc*: Ad quod plurimùm iuvat Beneficiorum Dei frequens meditatio: quippè quę gratitudinis affectum, ac benefactoris amorem excitat, cui per bona opera, quibus iustitiæ datur augmentũ, retribuere satagit amor.

Si veró peccator sit: instanter à Deo iustificationem, auxiliaquè ad ipsam disponentia postulare debet; ac cum léproso illo dicere: *Domine si vis, potes me mundare*, ab ipso namque Deo futuram iustificationem intelligat. Oret igitur: quia etsi oratio sine gratia meritoria non sit, est tamèn impetratoria, & facienti quod est in se, Deus non denegat gratiam. Expedit insupèr vt peccator criminum ponderet gravitatem, & múltitudinem, quo instantiùs, & ex corde remissionem postulet. Cumquè hoc absquè mentalis orationis exercitio fieri nequeat, sequitur profectò vt hoc exercitium peccatoribus non solùm conveniens, sed, & necessarium sit, eisquè maximè, qui multitudine criminùm sordescunt.

2 Dico secundò: nonnulla esse orationi mentali obstacula, alia ab intrinseco, & ab ipsa natura insita, vt imaginationis levitas, discursus tarditas, hisquè similia: alia ab extrinseco ex diversis personarum occupationibus, & exercitijs provenientia. Quibus impedimentis vincendis, sequentia suscipe præcepta. Nullus igitur quantumcumquè aliquo, vel aliquibus ex prædictis impedimentis præmatur, ab oratione mentali desistere debet. Et pro ijs quidèm qui imaginationis inquietudine laborant, Cœlestis extat doctrina apud Seraphicam Doctricem Theresiam *Viæ perfectionis. cap. 17*. Quam ipsa eorum, quæ passa est didicit experientia. Ipsius suscipe verba. *No por esso desmaye, ni dexe la oracion, y de hazer lo que todas, que à las vezes viene el Señor muy tarde, y paga tambien, y tan por junto, como en muchos años ha ido dando á otros. Yo estuve mas de catorze años; que nunca podia tener aun meditacion, sino junto con leccion. Aurà muchas personas de este arte, y otras, que aunque sea con leccion, no podràn tener meditacion, sino rezar vocalmente, y aqui se detienen mas. Ay pensamientos tan ligeros, que no pueden estár en vna cosa, sino siempre desasosegados: y en tanto extremo, que si los quieren detener à pensar en Dios, se les và à mil disparates, y escrupulos, y dudas.* S. The.

Huiusmòdi ergo inconstantes imaginationes ita sunt corrigendę. Quotiès mentalitèr orare velis, librum præmanibus habe; Sententiam lege, in ciusquè ponderatione vel aliquantispèr siste: Cumquè imaginatio inquieta in alia diverterit, iterùm

ad

ad librum recurre, aliam lege sententiam, quiesce, pondera, indequè, quò melius possis, affectum in actus virtutum excita. Quod si nec imaginationis inquietudinem ita cohibere possis, nisi vocalitèr orando (si fortè, vel sic quiescat) orationem assume Dominicam, recita verbum, in eiusquè ponderatione siste, quo diutiùs valeas, ad aliud progredere similiter, sicquè Domino cooperante, laboris fructum aliquandò excipies. Nam vt ait Sancta Mater noster S. The. Theresia vbi supra: *Si ay humildad, no creo yo saldràn peor libradas al cabo, sino en muy igual de los que llevan muchos gustos.*

3 Aliud impedimentum est discursus tarditas, & torpedo, quo plures per totam noctem laborantes, nihilquè capientes, eandem semper experientes spiritus ariditatem (quippè qui numquàm gustaverunt, nequè viderunt quoniam suavis est Dominus) ab incepto desistunt orationis exercitio, & fortè pluriès repetentes, sæpiùs recedunt. Hi igitùr cum Israëlitis ab arrepto adversus Madian prelio tanquàm formidolosi, & timidi revertuntur. Debent ergo vt veri milites Christi constanter perseverare, sponsiquè adventum expectare soliciti, qua enim nesciunt hora in eorum veniet mentes, Cœlestes ministraturus dapes, fidelesquè servos remuneraturus. *Assi que hermanas* (aiebat Seraphica Theresia *cap. 18. Viæ perfectionis*) *Oracion mental, y quien esta no pudiere, vocal, y coloquios con Dios. No dexe las horas de oracion, que no sabe quando llamarà el Esposo (no le acaezca lo que à las Virgines locas)... es trabajo disfrazado con gusto, y sino le diere, entienda, que no es para ello, y que le conviene lo otro.* S. The.

4 Præcipuum mentalis orationis impedimentum exteriores sunt occupationes, & negotia. Ab hoc vt in plurimùm duo prædicta originem ducunt. Hęc zizania est, quæ virtutum semina mentis agro à Patre familias per orationis manus seminata, suffocat, ne fructificent, quam multotiès super seminat inimicus homo. Huic malo medendo remedium adhibet D. Bonaventura *lib. 7. de Proces. Relig. cap. 11.* his verbis: *Lectionem sæpè interrumpat oratio, sicut alias actiones, vt sempèr mens ad Deum elevetur, à quo nobis bonum profluere necesse est.* Et D. Augustinus in sententijs Prosperi *tom. 9.* in fine *sentent. 18.* ait: *Si otiosus, & quietus non cogitat Deum, quomodò inter actus multos, & laboriosa negotia de illo poterit cogitare? Meditetur ergo, quæ Dei sunt fidelis cùm vacat, & benè operandi substantiam quærat, ne in actione deficiat.* Videatur D. D. Bonavent.

Ber-

Bernard. de Consideratione ad Eugenium, vbi plura huc expectantia, propositumquè suadentia affert. Hæc de circumstantia *Quis* dixisse sufficiat. Alia hùc pertinentia ex supradictis constant, sicut etiam mentalis orationis, sive meditationis materia, quę est circumstantia *Quid.*

ARTIC. II.

Vtrum ad orationis mentalis exercitium assignari debeant tempus, & locus?

5 HAs duas sub vno includimus articulo circumstantias, nempe *Vbi*, & *Quando* oratio mentalis exercenda est, habent enim nonnullam inter se connexionem, seu correspondentiam. Et quidem ad mentaliter orandum Deum, quilibet locus, quantumvis vilis ipse sit, aptus est, vt ait Suarez *loc. sæpius cit. cap. 5. num. 9.* Cum D. Thom. ad illud 1. ad Thimoth. 2. *Volo vos orare in omni loco.* Vbi Angelicus Doctor explicat intelligendum esse de oratione mentali. Et subiungit ibid. *lect 2. Licèt ad exhibenda externa orationis signa, non omnia loca sint accomodata.* Eandem doctrinam tradidit Chrisostomus *homil. 79.* ad Populum: *In foro* (inquiens) *& in medio strepitu, & clamore hominum orandum est mentaliter Deum.* In eundem sensum loquitur D. Bernardus *lib. Meditationum.* Vbi sic inquit: *Vbicunquè fueris intra te ipsum ora. Si longè fueris ab oratorio, ne quæras locum, quoniam ipse locus es.* Nihilominùs.

Suar. D. Th. 1. Ad Chor. Chris. D. Bern.

6 Dico primò: ad orationis mentalis exercitium eligendus est locus ab hominum strepitu segregatus. Probatur ex illo Matth. 6. v. 6. *Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.* Quod litteraliter intelligunt Theophilactus, & Chrysostom. *hom.* 8. in 1. ad Thimoth. Ratio huius est: Quia oratio mentalis est elevatio mentis in Deum, quam elevationem quieta committari debet attentio; sed ad hanc quietam attentionem secessus requiritur orantis; ergo ad orationem eligendus est locus ab hominum strepitu segregatus. Maior est certa; minor autem ex se, & ex ipsa experientia constat: quia species rerum sensibilium per sensus ad imaginationem pervenientes, naturaliter eam perturbant, mentemquè distrahunt à meditationis, vel fortè contemplationis otio: ergo ad huiusmodi periculum præcavendum, tacitus ad orationem eligendus est locus. In cuius significationem Cœlestis Magister Christus Dominus Hospitalem Marthæ solicitudinem reprehendit, Mariæquè quietam contemplationem laudat, non alia ratione nisi quia

Matth. Chris. Theophil.

F illa

illa pluribus intenta turbabatur; hæc autem ad vnum attenta erat. Sunt & in huius confirmationem plurima exempla: Petrus vt oraret ascendit in superiorem partem domus Actor. 10. simile est in Iob. *cap.* 3. Iudith. *cap.* 8. & quod magis est ipse Christus ad informandam Ecclesiam suam, & montem, & hortum ab hominibus segregatus, vt oraret, elegit. Matth. 6. Hinc Isidorus *lib.* 3. *sent. cap.* 7. ait: *Oratio privatis in locis oportunius funditur, maiusquè obtentum impetrat, dùm Deo tantum teste depromitur.* Et certè si ad Poësim (vt aiebat ille) strepitus est vitandus.

Acta Apost. *Iudith.* *Matt.* *Isidor.*

Carmina secessum scribentis, & otia quærunt.

quia.

Carmina proveniunt animo deducta sereno.

Quanto magis ad mentalis orationis exercitium secessus quærendus est?

Si tamèn sit aliquibus privata lex simul ad mentalem orationem conveniendi, vt apud nos est, sic orare expedit. Etenim nullus ibi fit strepitus: est præter hunc casum consultius erit solum cum solo Deo loqui, & ad mentaliter orandum, secreta quærere loca. Excipe quando quis in Ecclesia orat, hæc enim meo iudicio omnibus est præferenda locis: Tum quia ibi Deus specialiter assistit Sacramentali præsentia. Tum quia est locus specialiter ad orationem deputatus, nam *Domus mea* (ait Christus Dominus) *est domus orationis*: ergo etsi in Ecclesia ob convenientium frequentiam aliqualis sit strepitus, attamèn cunctis propter dicta præponenda est locis.

7 Dico secundò: Licet non sit determinatum tempus assignatum, vel ex præcepto, vel ex consilio ad mentaliter orandum, duo tamen aptiora videntur tempora, quibus huic exercitio vacare opportet, scilicet primo mane, & in nocte. Primum constat ex pluribus Sacræ Scripturæ testimonijs, præcipuè ex Psalmista, Ps. 62. Ibi enim ait: *In matutinis meditabor in te.* Et Psalm. 87. *Mane oratio mea præveniet te.* Et alibi sæpius: Huius temporis congruentiam elegantissimè ostendit Ambrosius *serm.* 19. Vbi inquit: *An nescis, ò homo quod primitias cordis, ac vocis quotidiè Deo debeas?* Expedit insuper in matutinis orare, quia talibus promissum est præmium. Hinc Ecclesia: *Non sit vobis vanum mane surgere antè lucem, quia promisit Dominus coronam vigilantibus*: Quæ quidem promissio habetur Proverbior. 8. *Qui mane vigilant ad me, invenient me.* Hinc David confidenter aiebat: *Mane exaudies vocem meam.* Cujus confidentiæ ratio-

Psalm. *Ambr.* *Prov.* *Psalm.*

Chris. rationem reddit Chrysostomus ibi: *Ab initio diei dabat Deo primitias.* Igitùr etsi omni tempore orare mentaliter expediat, congruentius tamèn matutino fit tempore. Cuius ratio assignari valet; quia cum primò mane cætera, quæ in die sunt peragenda ordinari debeant, ad quorum rectum regimen, vt in Dei laudem ordinentur, divina lux est valde necessaria, hęcquè nullibi afluentius, quam in oratione communicatur, expedit vt tunc maximè, quando phantasmata quieta sunt, specierumquè tumultuata copia mentem non inquietant, lux illa ennixe à Deo exigatur.

8 Secundùm etiam constat, videlicet quòd nocturnum tempus ad mentalis orationis exercitium sit aptum, quod ex nuper facta ratione probatur: ex eo videlicet quòd tunc omnia summo teneantur silentio. Vndè Augus. Augustinus *tom. 2. Epist.* 121. ad Probam *cap.* 10. inquit: *Lucæ 6. de ipso Domino scriptum est, quòd per noctaverit in orando, & quòd prolixius oraverit. Vbi quid aliud, quam nobis præbebat exemplum in tempore precator oportunus, cum Patre exauditor Æternus.* Vide Psalm. DD. in illud Psalmi 118. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Quos adducit, & sequitur N. V. P. Fr. Ildephonsus à Iesu Maria de Periculis, & remedijs Religiosæ perfectionis *tom. 2. part.* 1. *discurs.* 7. § 4. Huius autèm nocturnæ orationis fructum, matutina ostendit oratio. Vix enim hæc sine illa fructuosè potest haberi. Sententia est Augustini (& si testis deficeret experientia) ad illud Ps. 62. *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te.* Vbi sic Augustinus: *Stratum suum quietem suam dixit.... Si autem non fui memor in strato meo, contemplationi vacans, nequè in diluculo meditabor in te.*

[Margin notes: Fr. Ildepho. à Iesu Maria; Psalm.; August.]

ARTIC. III.

Quis sit orationis mētalis finis?

9 Finis orationis denotatur per circumstantiam *Cur?* Ad cuius potiorem intelligentiam supponendum est ex doctrina Scholasticorum Theologorum finem, alium esse *vltimum*, alium *intermedium*, alium *generalem*, *particularem* alium. Finis *vltimus* orationis mentalis (alias omittimus divisiones, quippè quæ nihil ad nos) est ipse Deus, ad quem omnia ordinari debent. *Generalis* autem, prout omni bono operi congruit, est cultus Dei, & gloria, orantisquè spiritualis profectus. Hic obiter nota finem vltimum peccantis mortaliter non esse Deum, sed bonum proprium ipsius peccatoris, ac perconsequens hunc habere finem quan-

do mentaliter orat in peccato mortali existens. Pleniorē huius rei notitiam habes apud nostros Salmanticenses *tom. 5. tract. de vlt. fine*. De fine autem particulari, & intermedio orationis procedit articuli titulus. Pro quo.

10 Dico primò: Finis proprius orationis mentalis est Divinæ veritatis contemplatio. Sic D. Thom. 2.2. q. 180. *art.* 4. in corpore. Quatenùs ait: *Principaliter quidem ad vitam contemplativam pertinet contemplatio divinæ veritatis: quia huiusmodi contemplatio est finis totius humanæ vitæ.* Et inferius: *Vndè Philosophus* 10. *Ethicor. in contemplatione optimi intelligibilis ponit vltimam felicitatem hominis.* Sed oratio mentalis ea parte, qua meditationem includit, tanquàm præcipuam ipsius partem, est inquisitio veritatis: ergo oratio mentalis, quæ est etiam præcipuus actus vitæ humanæ, habet ex natura rei pro fine proprio contemplationem divinæ veritatis. Media ad hunc finem assequendum, actuumquè seriem proponit D. Augustinus *lib. de Scala Paradysi*, his verbis: *Lectio inquirit, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat; quærite legendo, invenietis meditando, pulsate orando, aperietur vobis meditando.* Videatur N. Philippus á SS. Trinitate loco ex D. Thom. *cit. art.* 4.

D. Th.

August.

Hinc meditanti maximè expedit in inventæ veritatis contemplatione quiescere, vt laboris habiti in meditādo fructum in cōtemplationis quiete degustet. Ordinatur enim meditatio ad contemplationem, tanquàm medium ad finem, via ad terminum, navigatio ad portum; cessat igitur mediorum vsus habito fine, via termino adepto, navigatio portu acquisito, cesset ergo medium, via, navigatio meditationis, invento contemplationis termino, fine, portu.

11 Dico secundò: Finis secundus (nequè enim propriè secundarius dici potest) orationis mentalis est legis adimpletio: ad hoc enim ordinatur oratio, vt voluntatem moveat ad legum observantiam, divinæquè voluntatis adimpletionem, seu exequutionem. Sic Suarez *loco sepius cit. cap. 5. num.* 12. Ratio est: quia oratio mentalis secundùm omnes suas partes eo tendit, vt homo auctori suo, quantùm possit, se conformet; cuius conformitatis regula prima est divina voluntas: ergo omnia, quæ á tali regula deviant, vitare intendit oratio, & cuncta, quæ illi concordant acquirere. Vndè Regius Vates Psal. 118. aiebat: *Meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi, & levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebar in iustificationibus tuis.*

Psalm.

12 Quibus verbis duo præcipuè

cipuè notanda sunt. Primùm mandatorum observantia, in ipsorum significata dilectione: nullus enim ardentius diligit, quàm qui solicitè observat: ergo ex attenta meditatione mandatorum oritur observantia. Secundùm exercitatio in iustificationibus divinis; hoc est altioris perfectionis operibus; vix enim meditatio aliqua est, quę si studiosa perfectionis sit, obligatorijs solum operibus sit contenta; sed his peractis servum se sentit invtilem, qui tantùm quod iussum est effecit. Sed in his, vt benè advertit Suarez, duo extrema vitanda sunt; nimirùm nec omninò in incertum tendere, nec omninò ad vnum affectum determinari. Non omninò in incertum tendere, hoc est generalem tantùm affectum concipere præcepta Dei observandi, sed peculiaria decernere debet opera, quæ magis ex se conducant, vel ad extirpandum illud vitium, quo magis gravatum se sentiat, vel ad illam acquirendam virtutem, qua se magis indigére conspiciat. Nec similiter ita huic intentioni debet esse addictus, vt si in meditatione ad alium affectũ efficaciter motam voluntatem agnoscat, ab hoc contra spiritus impetum nitatur avellere, vt ad primò intentum retorqueat.

Suar.

13 Quæres; quæ sint bonæ orationis signa? Respondeo quatuor esse inter alia: Primùm si maius ex oratione lumen ad sui ipsius, perfectionisquè Divinæ cognitionem exoriatur. Secundùm si ad interiora recursus in dies accrescat. Tertiùm mortificationis aviditas. Quartùm (quod fortè ad præcedens reducitur) delectabilium omnium contemptus. Hæc rectæ orationis signa, iuxta quorum augmentum, vel decrementum, orationis bonitas, & perfectio regulanda est. *Et licèt alij, sint plures bonæ orationis effectus* (Verba sunt N. Fr. Philippi à Trinitat. *loc. cit. art. 9.*) *Et signa recensiti sunt magis intrinseci, magisquè infallibiles, ac magis apparentes. Vndè qui in se ipso eos deprehenderit, poterit in Domino gaudère, & de collecto orationis mentalis fructu lętari.*

Fr. Philipp. à Trinit.

ARTIC. IV.

Quænam sint principia elicitiva orationis mentalis?

14 CONsultò de principijs elicitivis orationis mentalis in hoc quærimus articulo, hoc est de ipsius causa efficiente, nám quæ sit causa finalis? Constat ex articulo præcedenti: quæ materialis? ex *art. 5. & 6.* quæstionis antecedentis: formalis extrinseca est ipse Deus, & homo cum suis operationibus, intrinseca tandèm omnes actus ad orationem men-

mentalem concurrentes. Vndè solùm manet difficultas de causa efficienti orationis, quæ est ipsius principium eliciti vum. Pro cuius resolutione.

15 Dico primò: Cum orationis mentalis plures sint partes non vnicum elicitivum orationis, sed plura assignanda sunt principia, hæc namquè diversificantur iuxta diversitatem terminorum ab ipsis procedentium. Prima igitùr orationis pars, quæ est *præparatio*, ab Humilitate, fide regulata, procedit. Constat hæc resolutio ex doctrina Seraphicæ Doctricis nostræ Theresiæ suprà q. 2. *art.* 4. relata. Inferturquè ex 1. Proverbior. 11. *Vbi est humilitas, ibi est sapientia.* *Prov.*

16 Secunda pars orationis est *lectio*, cuius elicitivum principium convenientèr ponitur *diligentia*, opposita *Negligentiæ*, in sciendo ea, quæ ad benè meditandum requiruntur. Colligitur ex Apostolo ad Timotheum *Epist.* 1. *cap.* 4. *v.* 13. vbi ait: *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ: noli negligere gratiam, quæ in te est.* Et ratione probatur: Proprium est *diligentiæ* motiva ad rectam meditationem quærere: hæc præbet *Lectio*: ergo lectio à diligentia procedit. Hæc autèm *Diligentia*, idem est quòd *Solicitudo*, quæ est specialis virtus, & pars potestativa *Prudentiæ*, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 54. *art.* 1. in corp. & *ad* 1. & *art.* 2. *in corp.* *1. Ad Timot.* *D. Th.*

17 Tertia orationis pars est *Meditatio*, cuius effectivum principium ex parte voluntatis, quatenùs est imperans, seu movens, est in iustis *Charitas*, & *pia affectio* ergà Deum, & bonum honestum, quorum veritatem, & amabilitatem investigat meditando. Patet hæc resolutio ex Psalmista Ps. 118. *Meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.* Et ratione suadetur: quia proprium amantium est, dilecti seu pulchritudinem, seu perfectiones alta mēte recolere, quo magis accrescat amor: namquè vt aiebat ille: *Psalm.* *Virg. Æn. lib.* 4.

.... Hærent infixi pectore vultus,
Verbaquè, nec placidam membris dat cura quietem. Et amantem,
.... Absens absentem auditquè, videtquè.

Ergo Dei amor, sive charitas est ex parte voluntatis in iustis causa efficiens, saltim motiva, seu impulsiva meditationis. Cumquè amor sine pia affectione ergà dilectum esse non valeat; sequitur vt hęc etiàm ex parte voluntatis ad meditationem concurrat. ¶ Dixi in iustis charitatem esse causam motivam: nàm qui in peccato mortali sunt, ex sola pia affectione ad meditationem moventur, vel fortè ex naturali amore, qui solus cum statu

ſtatu culpæ compatitur.

Ex parte autèm intellectus (ſalvo meliori iudicio) principium elicitivum illius diſcurſus, quo veritas quęritur ponderanda, quiqué actus meditationis eſt, rectè aſſignatur Theologia, ratione naturali adiuta. Probatur: Nam Theologię proprium eſt ex principijs fidei alias veritates inferre, quæ prædictis principijs continentur: Sic communiter docent Theologi in Prœmialibus ad 1. *p.* D.Th. Sed meditari idem eſt ac quærere; ſeu ex principijs fide creditis plures medio diſcurſu veritates inferre ponderandas: ergo principium elicitivum meditationis ex parte intellectus eſt Theologia.

Sed dices: Theologia Sacra, vt quæ de Deo ſpecialiter agit, ipſumquè principaliter conſiderat, & ſpeculatur, eſt ſcientia præcipuè ſpeculativa, nequè in ipſa ſic praxis elúcet, ſicùt ſpeculatio; ſed meditationis actus principaliter eſt practicus, vt qui ad actus humanos dirigendos, & perficiendos ordinatur: ergo meditatio non habet pro principio elicitivo Theologiam.

Reſpondeo: Verum eſſe Theologiam præcipuè agere de veritatibus Divinis, ideoquè adæquaté non eſſe principaliter practicam; attamèn ſecundariò ſe extendit ad practicam conſiderationem, & directionem humanorum actuum, eſt enim ob ſui eminentiam ſcientia ſpeculativa, ſimul & practica. Quod optimè docet D.Thom. 1. *p.q.* 1. *art.* 4. Vbi loquens de Theologia, iuxta Caietan. ad eundem art. ait: *Magis autèm eſt ſpeculativa, quàm practica: quia principalius agit de rebus Divinis, quàm de actibus humanis, de quibus agit ſecundum quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem:* Ergo ex eo quòd meditatio actus practicus ſit, non tollitur quin à Theologia procédere poſſit. *D. Th.* *Caiet.*

19 Dices iterùm: Actus, quo quis ex principijs merè naturalibus, ſolo naturali lumine notis, & conſideratis excitaretur ad amandum Deum, vt auctorem naturæ, verè eſſet practiça meditatio, & non ſolum ſpeculativa: ſed huius elicitivũ principium non eſſet Theologia, quippè, quæ divina, vel humana conſiderat, prout ſunt Divino lumine cognoſcibilia, vt ait D.Thom. *loc. cit.* proceditquè ex lumine fidei: ergo non ſempèr meditatio habet pro principio elicitivo Theologiam.

Reſp. Ita eſſe, quòd quandò meditatio ex principijs fidei non procedit, non habet pro principio Theologiam ſupernaturalem ob rationem dictam; oritur tamen à Theologia naturali, cuius proprium eſt auctorem naturę cognoſcere, ab effectibus naturalibus procedendo ad Deum. Propterea notanter

dixi,

dixi, quòd principium meditationis est Theologia, ratione naturali adiuta, hac namquè vtitur Theologia ad meditationem merè naturalem, vel quæ ex principijs merè naturalibus procedit.

20 Sed instabis, & quidèm efficaciter: Plures sunt, qui Theologiæ habitu carent, vt sunt fœminæ, agricolæ, &c. qui tamèn maxime in meditatione proficiunt: ergo in illis meditatio à Theologia tanquàm à principio elicitivo non procedit.

Nequè huic instantiæ satisfacies dicendo: quod sicut primus Theologiæ actus, medio quo acquiritur habitus saltèm quoad substantiam, fit à sola ratione naturali suppositis principijs fidei, quòd commune est omnibus habitibus acquisitis, procedere scilicet ab actu, á virtute naturali elicito; sic in prædictis personis primus meditationis actus à sola ratione naturali fit, quæ quidèm actu sicùt meditationis habitus acquiritur quoàd substantiam, sic, & Theologiæ. Ad eum sane modum, quo iuxta Logicos, qui Logicam ignorat, demonstrat tamen aliquam conclusionem alterius scientiæ, acquirit scientiam illam, simùl, & Logicam quoad substantiam. Quo circa vide Complut. abbrev. in Log.

Compl. abbrev. Non inquàm satisfacit, hæc solutio: quia meditatio, si actus est Theologiæ, debet esse secundarius, quippè supponit attingentiam obiecti primarij; sed habitus non causatur per actus secundarios, sed per primarios: ergo habitus Theologiæ, nequit causari per actum meditationis adhùc quoad substantiam.

Nihilominùs tenenda est tradita solutio: quam præmissa impugnatio non enervat: quia etsi meditatio sit actus aliqualiter practicus, quatenùs ordinatur ad humanas actiones dirigendas, est nihilominus simpliciter speculativus, vtpotè qui divinas perfectiones, vel aliquid in Deum referibile considerat; Vndè ex hoc capite nihil obest quo minus per ipsum Theologiæ habitus generetur. ¶ Vel dicendum cum huiusmodi personis Deum suam benignitatem, & liberalitatem ostendere, ipsisquè misericorditer tribuere divinarum perfectionum cognitionem, ex qua in ipsis actus perfectus Theologiæ procedit, suppositis principijs fidei. Cumquè hic actus primarius sit Theologiæ possunt ab ipso cæteri meditationis actus elici.

Vel deniquè dicendum: in his primum meditationis actum provenire ab aliquo auxilio supplente virtutem habitus Theologici, si fortè ad prædictum actum naturalis ratio non sufficiat, adiuta principijs fidei.

21 Alia orationis pars est *petitio*, vel fortè oratio ipsa, quæ quidèm ab intellectu, & voluntate

tate procedit. Ab illo equidem, nam petitio oritur ex cognitione indigentiæ, fitquè ipsam indigentiam potenti subvenire manifestando, quæ manifestatio cum quædam loquutio sit, á nulla alia potentia interiori, quàm ab intellectu, cuius proprium est verba proferre, elici potest. Procedit etiam á voluntte, quatenùs ipsa movet intellectum, vt devotè petat, quo efficaciter consequatur; devotio enim actus est voluntatis. Sed nota intellectum non se solo, sed simul cum virtute Religionis ad petitionem concurrere. De quo vide *dict. sup. q.* 1.

22 Sequitur *Gratiarum actio*, quæ à virtute *Gratitudinis* efficienter procedit. *Gratitudo* enim specialis est virtus, cuius obiectum primarium, vel munus proprium est, gratias pro acceptis beneficijs Deo reddere. Ita D. Thom. 2. 2. q. 106. *art.* 1. Vbi explicans illud Apost. ad Thes. *cap.* 1. *v.* 3. *Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres*, docet tria inveniri in gratiarum actione tanquam ipsi propria. *Primum quod sit ordinata ad Deum* .... *Secundum quod sit assidua, quia semper. Ac deniquè quod pro beneficijs sit.* Quod clarius docet *opusc.* 63. *cap.* 6. videatur ibi Ang. Doct. *D. Th.*

Sequuntur deniquè *Oblatio sui*, & *Epilogus*, sed quia hæc orationis pars communiter rejicitur, ideò ipsius principium elicitivum non investigamus. Principium autem á quo oblatio fit ex supradictis constat esse *Devotionem*.

ARTIC. V.

Vtrùm ad orationis mentalis exercitium necessaria sit directio Magistri?

VNa ex circumstantijs orationis mentalis à nobis assignatis est; quibus auxilijs, ad quam non solùm expectant auxilia intrinseca, vt sunt virtutes, & dona à Deo immediatè provenientia, sed etiàm extrinseca, & moralia, qualia sunt consilia, directio, & doctrina Magistri Docti, & experti. Ideoquè.

23 Dicendum est: Ad mentalis orationis exercitium ritè, & fructuosè exercendum, omninò necessariam esse directionem Magistri, cui in omnibus orans obedientiam præstet. Ita communiter SS. PP. quorum vnum aut alterum testimonium afferre libat. Igitur Seraphica M. N. Theresia hoc consulit opusculo consiliorum, vbi ait: *Las cosas de su alma trate con su confessor espiritual, y docto, à quien comunique, y siga en todo.* In cuius doctrinæ confirmationem Deus ea quæ animabus, vel loquitur, vel confert, suspecta haberi non renuit, quoadvsquè confessoris, vel Magistri iudicio *S. The.*

approbentur, aut reprobentur. Vnde Mysticus D. B. P. N. Ioannes à Cruce *lib. 2. Ancens. Montis Carm. cap. 22.* loquens de tempore legis antiquæ ait: *Lo que Dios dezia entonçes ninguna autoridad, ni fuerça hazia, si por la boca de los Profetas, y Sacerdotes no passava. Porque es Dios tan amigo de que el govierno, y trato del hombre, sea tambien por otro hombre semejante à èl, que totalmente quiere, que à las cosas que sobrenaturalmente nos comunica, no les demos entero credito, ni hagan en nosotros confirmada fuerça, y segura, basta que passen por el arcaduz humano de la boca del hombre.* Id ipsum confirmat Casianus *collat. 2. cap. 15.* Vbi sic inquit: *Paulum per semetipsum vocans, & alloquens Christus cùm posset ei perfectionis viam reserare confestim, dirigere ad Ananiam mavult, & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens: Surge, & ingredere Civitatem, & ibi tibi dicetur, quid te opporteat facere: mittit itaquè, & hunc ad seniorem, eumquè illius potiùs doctrina, quam sua censet instituì.* Afferensquè, & illud Pauli ad Galatas 2. *v.* 2. *Et contuli cum illis Evangelium, quod prædico inter gentes, ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem,* inquit idem Casianus: *Quis ergo tàm præsumptor, & cæcus sit, qui se audeat suo iuditio, ac discretioni committere, cum vas electionis indiguisse coapostolorum suorum se collatione testetur? Vndè manifestissimè comprobatur, nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens vndè valeat erudiri, doctrinam seniorum, vel instituta cõtempserit, parvi pendens illud eloquium, quod oportet diligentissime custodiri: Interroga Patrem tuum, & annunciabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi.* Deuteron. 32. *v.* 7. sic similitèr sentiunt D. August. *in Prolog. ad lib. de Doctrina Christiana.* D. Bernard. *serm. 1. de Convers. S. Pauli.* & D. Th. idem sentit ad illud Psal. 30. *v.* 4. *Et propter nomen tuum deduces me,* vbi ait: *Viator semper indiget ductore, procuratore, & defensore.* Eandem tenent sententiam quotquot de Mystica Theologia edidere volumina.

S. Ioan. à Cruc. — *Casian.* — *Ad Galat.* — *Deuteronom.* — *August.* — *Bern.* — *D. Th.* — *Psalm.*

24 Huius magisterij indigentia etiam ratione probatur: Etenim qui orationis semitam sequuntur, vel illiterati sunt, aut docti? Si primùm, nulli dubium quin magisterio indigeant ad scientiam ita difficilem, qualis est abnegatio sui, Deoquè adhærere, quin ductore egeant, vt per arctam viam, quæ ducit ad vitam, quamquè nunquam vel levi pede calcarunt, incedere sine ofendiculo, sine deviatione possint. Hinc B. P. N. Ioannes à Cruce *loc. proximè cit.* ait: *En todo*

S. Ioan. à Cruc.

todo nos avemos de guiar por la doctrina de Christo, y de la Iglesia, y de sus ministros, y por essa via remediar nuestras ignorancias, y flaquezas espirituales.

Si autèm docti sint, etiám docto, & experto indigent magistro: quia nemo in propria causa rectè statuitur iudex, & propriæ commoditatis appetitus etiam doctissimos excæcat, passionesquè insurgentes, quandoquè conveniens hic, & nunc suadent, quod secundùm se evidentèr est minus congruum. Sed de hac re audiatur B. Vincentius Ferrerius, *tract. de vit. spirituali*, vbi sic ait: *Sciendum est quòd homo facilius, & in brevi tempore posset ad perfectionem pertingere, si haberet instructorem, cuius regimine duceretur, cuius obedientiam in omnibus actibus parvis, vel magnis totalitèr sequeretur, quàm aliquis posset se ipsum perficere, quantumcumquè vigeat acumine intellectus, & libros habeat, in quibus videat virtutum omnium structuram exaratam. Imò plus dico* (Verba perpende) *Quòd nunquàm Christus suam gratiam ministrabit, sine quo nihil possumus, si homo habeat, à quo possit instrui, & deduci, & negligit, vel non curat alterius ductum amplecti, credens sibi sufficere, & per se posse investigare, & invenire, quæ sunt vtilia ad salutem.* *S. Vic. Ferrer.*

25 Et licet doctrina tradita cunctis, qui per mentalis orationis viam incedunt, necessaria sit, Religiosis attamèn, quibus maximè proprium est mentalis orationis exercitium, sine magistri ductu omnino est desperandus profectus. Quapropter Carmelitarum Discalceatorum (quorum potissimus finis est oratio) constitutio *1.p. cap.18. num.15.* subditos ad frequentem cum prælatis communicationem alliciens, ipsosquè prælatos ad huiusmodi munus exercendum cùm subditis suadens, sic inquit: *Cum impossibile sit, secundùm probatissimam, & verissimam Sanctorum Patrum sententiam, eos, qui sub obedientia vivunt, absquè Magistri ductu ad perfectionis metam pervenire, &c.* Oppositam huic articulo doctrinam edocebat filius perditionis Michael de Molinos, dùm debitam subiectionem tám prælatis, quàm directoribus ab Ecclesia exulare conatur. Quam doctrinam cum alijs eiusdem auctoris debita nota invsit Sacrosanctum Inquisitionis Tribunal propositionibus 65.66.67. & 68. *Carm. Discal. constit.*

ARTIC. VI.

Vtrùm Magister spiritualis debeat esse doctus, & expertus?

26 LAurentius Iustinianus, apud Vallgor-

Vall-gorner. nera in sua Mystica Theologia *q.2.de via purgat.disp 6 art.6. num.* 3. sic qualitates Magistri spiritualis, ad animæ directionem per contemplationis viam eligendi, describit: *Laur. Iustin.* *Eligatur ille, qui discretioné sit providus, experientia probatus, ordinatus moribus; gravitate maturus, decoratus honestate, sacrarum litterarum nō ignarus, austerus in se, proximo compatiens, oratione assiduus, corde mitis, verax in omni, si possibile est, spirituali disciplina provectus.* Hæc omnia propter muneris dignitatem in spirituali Magistro requiruntur. Sed quis est hic, & laudabimus eum? procul, & de vltimis finibus pretium eius. Vas admirabile opus excelsi. Duo tamen indispensabilia reputo ad hoc, vt Magistri munus quis exequi valeat, scientiam videlicèt, & experentiam.

27 In primis ergo requiritur scientia, nam si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt. Hæc igitur scientia non qualiscumque debet esse, sed eximia: Debet namquè pollére Magister scripturarum intelligentia, Theologiæ Scholasticæ subtilitatibus, Mysticæ luminibus, & moralis regulis, & præceptis. Prima pars probatur: quia animarum per viam perfectionis directio est ars, quæ nisi in Sacra Scriptura non discitur; prærrupta enim habet perfectionis iter, præcipitium passim minitantia, hæc autem fugere sacra edocet scriptura, hæc latitantia detegit. Ac veluti in medio pelagi fluctibus acta carina peribit miserè, ni latentes scopulos ars nautica detegeret; sic ni Sacra Scriptura pericula demonstraret fugienda, periret anima. Cum igitùr hæc agnoscere Magistri sit, planè sequitur debere scripturarũ notitia præditum esse. Quod optimè docet Gregorius Magnus, *tom.* 2 *lib.*18. Moral.*cap.*14. his verbis: *Greg. Mag.* *Necesse est, vt qui alios docere tenetur, ad sacras recurrere assuescat Scripturas, vt veritatem in suo radicali principio percipiat, totumquè, quod docuerit, in hoc inhæreat fundamento, auctoritatis Divinæ, in qua fundantur scripturæ.* Hinc N. V. P. Fr. Ildephonsus à Iesu Maria, *tom.* 2. *de periculis, & remedijs perfect. Relig. p.* 3. §. *conf. & discurs.* 2. monet: *Noster. Fr. Ildephõ. à Iesu Maria* *Que el Prelado lea cada dia en la Sagrada Scritura alguna cosa, para que con esso vaya tomando noticia de lo que tanto importa.*

Quocirca valdè notanda est doctrina Seraphicæ Matris nostræ Theresiæ *lib. suæ vit. cap.* 13. Vbi ita ait: *S. The.* *No se engañen con dezir, que letrados sin oracion, no son para quien la tiene: Yo he tratado artos, porque de vnos años acà lo he mas procurado con la mayor necessidad, y siempre fui amiga de ellos, que aunque algunos no tienen*

expe-

experiencias, no aborrecen el espiritu, ni le ignoran, porque en la Sagrada Escritura, que tratan, siempre hallan la verdad del buen espiritu.

Quòd autèm in Magistro perfectionis Scholastica Theologia necessaria sit, ex eo liquet, quòd cùm hæc ad intelligentiam mysteriorum fidei omninò deserviat, quæ quidem mysteria omnis Christianę perfectionis fundamenta sunt, nequit non Sacra Theologia ad horum intelligentiam necessaria esse. Similitèr quomodò mysticas materias tractare poterit, qui huius scientiæ, nec limina salutaverit? Ac deniquè quomodò inter bonum, & moraliter malum discernet, qui moralitatis regulas ignorat? Igitùr in Magistro prædictarum scientiarum alta noticia necessaria est.

28 Dico secundò: Vt idoneus Magister iudicetur, non sufficit scientia, sed requiritur insupèr experientia: hæc attamèn aliquandò sufficit ad animarum regimen, si recto iudicio, prudentiaquè associetur. Expressa doctrina est Seraphicę Matris N. Theresiæ *loc. proximè cit.* his verbis: *Ansi que importa mucho el ser Maestro avisado (digo de buen entendimiento) y que tenga experiencia, y si con esto tienen letras, es de grandissimo negocio: mas sino se pueden hallar estas tres cosas, las dos primeras importan mas; porque letrados pueden procurar, para comunicarse con ellos, quando tuviere necessidad. Digo que a los principios si no tienen oracion, aprovechan poco letras.* S. The.

Consonat Laurentius Iustinianus vbì supra, dicens: *Quemadmodùm cæcus á nativitate, quàmvis naturalis ingenij acumine polleat, non nisi opinativè valet de coloribus iudicare; ita nequè de spiritualibus potest ad plenum sensum proferre, quisquè eorum extiterit inexpertus.* Plùs igitùr experientia, & si exigua prodest, quàm speculativa scientia, & si maxima; nàm ex sententia Philosophi in Ethycis: *Experientia excedit artem.* Laur. Iustin. Arist.

29 Nequè ex doctrina tradita sequitur, vt quisquis in Magistrum est assumendus, debeat esse perfectè contemplativus; sufficiat namquè si ad id per iuge orationis exercitium tendat. Quia si scientia polleat, & ipse suimet Magisterij discipulus, aliorum, & sui Magister fiet. Ita sentit Seraphica Mater Theresia, vbì supra: *Ya dixe es menester espiritual Maestro, mas si este no es letrado, gran inconveniente es. Y será mucha ayuda tratar con ellos, como sean virtuosos, aunque no tengan espiritu, nos aprovecharán, y Dios les darà à entender lo que han de enseñar, y aun les harà* S. The.

espi-

espirituales, para que nos aprovechen. Y esto no lo digo sin averlo probado, y acaecidome à mi con mas de dos.

ARTIC. VII.

Vtrùm in Magistro spirituali aliæ requirantur circumstantiæ?

30 Dico primò: præter prædictas conditiones requiritur in Magistro, quòd Magisterij munus solo gloriæ Dei zelo, animarumquè salutis desiderio suscipiat. Quòd si sub obedientia sit, non nisi ea compulsus ad hoc ministerium applicari debet. Ratio est: quia qui secùs faciunt, obquè aliena motiva in huiusmodì inferuntur ministerium, purà turpis lucri gratia, vel vt ab hominibus honorentur, aut fortè curiositatis motivo, vel deniquè (quod Deus avertat) ob inhonestos fines, de quo nonnulla hac nostra tempestate in lucem Sacrosanctum Inquisitionis Tribunal miserabilia edidit ad aliorum terrorem exemplaria, hi inquam, non pastores, & medici, sed mercenarij sunt, & rapaces lupi. Vè illis, adversus quos sic Deus per Ezechielem Profetam loquitur *cap.* 34. *vers.* 9. & 10. *Pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant: propterea pastores audite Verbum Domini; hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores, &c.* Consulat igitur vnusquisquè quo motivo ductus Magistri munus suscipiat, ne si aberrare faciat susceptas oves, earum sanguis de ipsius manibus exquiratur.

31 Dico secundo: cavére debent Magistri, ne discipulos, ita suæ disciplinæ submittant, vt de rebus ad conscientiam pertinentibus, cum alijs tractare, & loqui non patiantur. Huiusmodi siquidèm regimen non paternale, sed despoticum est, seu potiùs tyrannicum, contra quod B. P. N. Ioannes à Cruce *tract. de flam. amoris. Cantion.* 33. §. 12. sic loquitur: *No tiene escusa el que tratando vn alma jamas la dexa salir de su poder, por los respetos vanos è intentos, que èl sabe, que no quedaràn sin castigo.* Et paùlo inferiùs. *Y tu de tal manera tiranizas las almas, y de suerte las quitas la libertad de la Doctrina Evangelica, que no solo procuras que no te dexen, mas lo peor es, que si acaso alguna vez sabes, que alguno fue à pedir algun consejo à otro, ò tratar alguna cosa, que no convendria tratar contigo, te airas con ella (que no lo digo sin verguença) como las contiendas de zelos que ay entre los casados; los quales no son zelos que tienes de la honra de Dios, sino zelos de tu sobervia, y presumpcion.* Sed notandum quòd non opponitur huic docu- *S. Ioan. à Cruc.*

documento prudens quorūdam magiſtrorum cura, prohibentium diſcipulis ne cunctis ſpiritus ſecretiora aperiant, maximequè fœminis,quas vel ſimulata vanitas,vel inquieta conditio, aut fortè manifeſta curioſitas ad id movent, ſecùs ſi aut vni,aut alteri viro docto, & experto, id fieri prohibeant.

32 Dico tertiò: ſi diſcipulus alterius ſit profeſſionis, & ſtatus, putà, ſi Clericus monialem dirigat, noſſe ante omnia curet proprias diſcipuli obligationes, in eorumquè obſervantia prę omnibus firmet;aliàs Seraphicæ Thereſiæ ferulæ ſciat ſubmiſſurum manum; adverſus enim huiuſmòdi,nempè qui ſuo innixi dictamini proprias vniuſcuiuſquè ſtatus obligationes ſpernunt, ſic *cap.* 13. *ſuæ vitæ loquitur. Comiença vna Monja à tener oracion: ſi vn ſimple la govierna,y ſe le antoja,haràla entender, que es mejor le obedezca à èl que à ſu ſuperior,y ſin malicia ſuya, penſando que acierta .... Y ſi es muger caſada, diràla, que es mejor quando ha de entender en ſu caſa,eſtarſe en oracion, aunque deſcontente à ſu marido.*

S. The.

33 Ex hac doctrina contra quorundam opinionem infertur, monialibus nec præcipienda, nec conſulenda eſſe pœnitentiæ, aut etiam orationis longa exercitia, abſquè notitia, & approbatione Prioriſſæ, ſive Abbatiſſæ, cui ſaltim vt Matri debet obedire. Vndè noſtrarum monialium cōſtitutiones id decernunt *cap.4.n.16.* his verbis: *Ninguna Religioſa tome diſciplina extraordinaria, ni haga otra particular penitencia, ſin licencia de la Prelada.*

34 Dico quartò: Debet ſpiritualis Magiſter vultum ſui pecoris agnoſcere: hoc eſt: examinare corporis vires, & ſtatus onera, vt commodè diſcipuli exercitia diſponere valeat. Similiter prædominantes exquirat appetitus,& paſſiones, vt de remedio tanquàm providus medicus provideat. Ad cuius aptiorem applicationem præoculis habeat velim doctrinam R. P. N. Fr. Ildephonſi à Ieſu Maria *tom.* 2. *de periculis, & remedijs rerfection. Relig. p.*3 *diſcurſ. & conſil.* 2. Vbi hæc habet: *Advierta, que de diverſa manera ſe han de governar los hombres, que las mugeres; porque los hombres ſon de mas fuerças, y de mayor animo, y comprehenſion; y aſsi regularmente los han de pedir coſas mayores que à ellas .... A los alegres ſe les ha de poner delante coſas que les cauſen temor, y moderen ſu deſmaſiada alegria. A los triſtes coſas que los alienten, conſolandolos con la eſperança de ſu mejoria, y del premio. A los libres, y atrevidos ſe deve reprimir con rigor; à los modeſtos, y vergonçoſos con blandura.*

Fr. Ildepho. à Ieſu Maria.

rà. Los protervos, y altivos ſe han de confundir, moſtrandoles las imperfecciones de ſus obras; y à los puſilanimes ſe les ha de reprehender lo malo, alabandoles juntamente lo bueno que hizieron. A los impacientes ſe les ha de pedir que no ſe dexen llevar del impetu de la ira, ſi no quieren que deſpues les peſe, advirtiendo, que ſi no lo hazen, ſe pondràn à perder en vn momento, lo que en muchos años ganaron. A los que padecen trabajos, ſe les amoneſte, que no les peſe de padecerlos, y que hagan de la neceſsidad virtud, ſi quieren que ſe les hagan mas faciles de llevar. A los ſencillos ſe les ha de alabar el proceder con verdad, y ſencillèz; pero hazeles de perſuadir, que no todas las verdades ſe han de manifeſtar, ſino es quando pueden ſer de provecho, ni todo lo han de creer facilmente, y aſsi que ſean circunſpectos en ſus palabras, y en ſu creencia. A los doblados, y malicioſos ſe les ha de poner delante las fatigas, temores, y ſoſpechas de la malicia, con que ſon atormentados, los que no andan en verdad. A los ſanos ſe les ha de amoneſtar, que empleen la ſalud del cuerpo en procurar la del alma. A los enfermos ſe ha de conſolar, dandoles à entender, y declarandoles, que les trata Dios como à hijos, y que como à herederos de ſu Reyno les reparte aqui trabajos, con que le merezcan: repreſentandoles los bienes, que la enfermedad, y flaqueza del cuerpo ſuele traer al Alma. Hucuſquè RR. & V. P. digna planè verba, quæ aureis tabulis exarentur. Plura alia pro ſpiritualibus Magiſtris infrà ad notabimus.

ARTIC. VIII.

Quis modus ſervandus ſit in orationis mentalis exercitio?

35 INter circumſtantias orationis mentalis, numeratur circumſtantia *quomodo*. Pro cuius explicatione præſentem inſtituimus articulum, in quo modus quæritur in oratione ſervandus. Hic autèm modus, vel poteſt eſſe ex parte corporis, vel ex parte animæ, & eius operationum. Vtrumquè autèm ſub eodem articulo comprahendimus.

36 Dico ergo primò: ex parte corporis talis ſervanda eſt diſpoſitio, quæ repræſentare valeat reverentiam, humilitatem, & moderatam, atquè prudentem orantis ſubiectionem. Ita fert communis orantium praxis. Sic etiàm Suarez de *Relig. lib.* *Suar.*
2. cit. cap. 5. n. 21. Huius modeſtæ corporalis diſpoſitionis extitit, ſicùt & aliarum, exemplar Chriſtus Dominus, qui Lucæ *Lucas.*
22. flexis genibus oraſſe legitur.

Idem

Acta Apost. Idem de B.Stephano *Actor.7.* Idem de D.Paulo *Actor.20.* Et quàmvis præfatis locis orationem mentalem fuisse non constet, huic autèm maximè congruit prædicta corporis dispositio. S.Hieronym. Matth. Ita D.Maximus Hieronymus ad illud Matth.20. *Accessit ad Iesum Mater Filiorum Zebedei, adorans, & petens, &c.* Et *in Epist. ad Ephes.* 3. sic ait: *Hæc spiritualiter exponentes, non statim iuxtà litteram orandi consuetudinem tollimus, qua genu posito Deum suppliciter adoramus, & fixo in terram poplite magis quod ab eo poscimus impetramus.* Huius corporalis dispositionis congruentia, præterquàm quòd suppliciter deprecantis propria est, vel ex eo liquet, quod internam animi devotionem auget, experientia teste. Vndè Augustînus de cura D. August. pro mortuis *cap.5.* sic ait: *Orantes de membris sui corporis faciunt, quod supplicantibus congruit, cum genua figunt .... Et nescio quomodò, cùm hi motus corporis fieri, nisi motu animi præcedente, non possint, eisdem rursùs exteriùs visibiliter factis, ille interior invisibilis, qui eos fecit, augetur, ac per hos cordis affectus, qui, vt fierent ista, præcessit, quia facta sunt crescit.*

Ex quibus omnibus patet aptissimam corporis positionem ad orationis mentalis exercitium genuflexionem esse. Si tamèn impedimentum aliquod obsit genuflecti, stando congruit orare. Quòd si nec stare quis valeat, illa corporis vtatur dispositione, qua devotiùs oret, quaquè modestiùs orationi insistat. Illud tamèn cavére suadeo ne vnquàm pro status, hoc est herente telluri facie orare assuescas; nàm experientia didicimus frequentèr devotionis habitu ignaviam dessidiamquè latére. Sit prætereà modestus gestus, rarissima, vel nulla suspiria (de coram alijs orantibus sermo est) pectoris tunsiones, aliaquè huiusmòdi vitare studeat. Oculos claudere expedit, ne specierum varietas, & multitudo mentem dilacerent. Proderit nihilòminùs, quandoquè, & oculos apperire, vt si fortè aliena species inquietè perturbet mentem, aliarum rerum præsentia nocivus habetur stimulus.

37 Dico secundò: Ex parte animæ oratio fieri debet *assiduè, purè, & quietè.* Has tres assignat orationis conditiones D.Thom. *in Epist. ad Thimot. cap.2.* D. Th. Assidua igitùr debet esse oratio, fœlicem vt exitum habeat; frigescit namquè voluntas, si pluriès interrumpatur: & defectuosa vt implurimum telà est, disruptis compacta filis. Plurimùm ad hoc iuvabit determinatum omnino nunquàm retrocedendi propositum. Sed de hac re Seraphica audiatur Doctrix Theresia *Via Perfectionis cap.* S. The.

15. Vbi hæc habet: *El que quiere començar este viage divino de la oracion, si quiere llegar à bever de esta agua de la vida, digo, que importa mucho, y que es el todo vna grande, y determinada determinacion de no parar hasta llegar à ella, venga lo que viniere, suceda lo que sucediere, trabajese lo que se trabajare, murmure quien murmurare, si quiera llegue allà, si quiera se muera en el camino, si quiera no tenga devocion para los trabajos que ay en el, si quiera se hunda el mundo.*

38 Hæc autem perseverantia, assiduitasquè orationis tempore prçcipuè designato habenda est. Scilicèt vt nulla ratione, nullavè causa hora illa vel tempus, quo orationi incumbere quis decrevit, alio negotio absumatur, vel qualibet ocasione minuatur: ab hac enim perseverantia maximè in oratione profectus pendére arbitror. Maximè si assiduitati secunda associetur conditio scilicet vt fiat *purè*. Idest nullo alio motivo quàm proficiendi desiderio. Sed de hoc *quæst. seq.* dùm de incipientium imperfectionibus purgandis sermonem instituamus.

39 Vltima orationis conditio est vt *quietè* fiat: hoc est absquè imaginationum (quantùm Deus vnicuiquè dederit) varietate. Quapropter in vna est consideratione sistendum, ne specierum multiplicitas distractionem afferat, quę mentali orationi semper extitit inimica.

40 Sed huius ocasione queres: Vtrùm distractio in oratione mentali sit aliqua culpa? Resp. sub distinctione: nàm vel hęc distractio est voluntaria, vel involuntaria? Si primùm? Vel fit ex aliqua rationabili causa, purà ob infirmorum curam, ob prælati preceptum, &c. & tùnc nulla intervenit culpa. Si verò ex animi levitate fiat, ad aliaquè impertinentia, etsi secundum se bona, sua sponté divertat, nunquàm absquè veniali culpa ab oratione receditur: & hoc vniversaliter loquendo: nam etsi ad mentaliter orandum quis non teneatur, tamén si semel fit, debita cum reverentia fieri debet, cum igitùr irreverentiæ genus fit, cum Deo loquentem facile in alia diverti; manifestè sequitur huiusmodi distractionem culpabilem esse. ¶ Deindé omnis actus irregulabilis à prudentia malus est saltim venialiter, vt cum D. Thom. docent nostri Salmant. 1.2. *q. 13. de Bonit. & Malit.* sed à locutione Dei diverti in dictis circumstantijs, non est regulabile à prudentia, vt ex se patet: ergo erit peccatum saltim veniale videatur Suarez *loc. sup. cit.*

Salmãticens.

Suar.

Si verò distractio involuntaria sit, primaquè intentio orationis fuit exequendæ cum debitis circumstantijs, non solùm culpabilis non est, sed meritoria vt

ex

D. Th. ex D. Thom. *sup. q.* 1. *art.* 2. vidimus. Nobiscum sentiunt Suarez *vbi sup. n.* 19. & apud ipsum Hieronym. *Epist.* 4. *Ad Rustic.* Videatur etiam Cassianus *collat.* 9. *cap.* 2. *&* *collat.* 10. *cap.* 11. 12. *&* 13. *&* *collat.* 14. *cap.* 13. *&* 14. Suare. Hier. Cassian.

QVÆSTIO QVARTA.

DE INCIPIENTIVM EXERCITIIS, *quibus purgati ad vitam spiritualem tendunt.*

Postquám de Orationis Mentalis essentia, partibus, & circumstantijs in superioribus, prout datum est nobis, egimus, nunc iam de medijs exequendis, dequè exercitijs quibus incipientium animæ purgantur, vt cúm fructu vita exerceatur spiritualis, tractandum est. Quæ quidém exercitia numerasse, & ad quatuór reduxisse capita videtur D. Bernard. in sententijs circa medium his verbis: Quatuor esse dicuntur, quæ gratiam nostræ devotionis adaugent, memoria peccatorum; quæ hominem reddit humilem apud se. Recordatio pœnarum; quæ illum solicitet ad benè agendum. Consideratio peregrinationis, quæ illum hortetur visibilia debere contemni. Desiderium vitæ perennis, quæ hominem incitans ad profectum, coget eum à terrenis affectibus voluntatis mutatione suspendi. *Pro pleniori autèm horum explicatione præsentem instituimus quæstionem, in sequentes articulos divisam.* D. Ber.

ARTIC. I.

Vtrùm ante alia confessio peccatorum, eorumquè consideratio præmittenda sit?

1 Dico primò: Primus purgationis gradus viam orationis incipientium, peccatorum confessio est. Ita D. Bernard. D. Bonavent. 5. *p. Bræviloq.* his verbis: *Prima incipientium cura esse debet deploratio propriæ miseriæ, & imploratio Divinæ Misericordiæ.* Vidé Nost. Thom. à Iesu D. Ber. D. Bon. Fr. Thom. à Iesu.

tract. de orat. mentali cap. 7. Hinc igitur postquàm quis mentalis orationis aggressus est viam, per particularesquè peccatorum confessiones conscientiam expiare contenderit, generalem ante actæ vitæ confessionem, longa præparatione dispositam efficere, ad cuius faciliorem exequutionem hanc brevissimam, nequè minùs vtilem accipe regulam, diuturno experimento probatam, in nostrisque novitiatus conventibus laudabiliter, & fructuosè exercitam decem assume dies, quibus spiritualibus exercitijs præcipua cura vacare sit tibi, in quorum quolibet ex decem Decalogi præceptis vnam examinare stude, peccataquè adversus illud commissa recole, quæ quidèm methodus, & facilis, & fructifera experientia teste cōperta est.

2 Sed nota huiusmòdi generalem confessionem, semèl factam, facile iterandam non esse, sic à Doctissimis nostræ Sacræ Familiæ viris accepi. Cuius ratio est: quia ex frequenti repetitione non solum conscientia non quiescit, verùm novis semper scrupulis, & anxietatibus illaqueatur, ob longum tempus, quo circumstantiæ peccatorum multotiès oblivioni traduntur, vel difficiliter recordantur. Quo circa si novæ, quandoquè dubitationes insurgant circa peractā confessionem generalem, fuerit scilicèt hanc vel illam circumstantiam confessus, nec nè? Ita factum credere oportet, nisi aliàs validissimis in oppositam ducatur rationibus, nec in hoc suo quisquè stare debet iudicio, sed Magistrum consulere, eiquè in omnibus obedire.

3 Dico secundò: frequens meditationis materia commissa peccata incipientibus esse debet: nam ex Doctrina D. Bernardi meditatio in hoc téndere debet, quod homo humilis, & abiectus existimetur, vtquè verè talis habeatur: Hinc Ezechias, Isai. 38. v. 15. aiebat: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Ponderet ergo (vt sic clariùs, & faciliùs gravitatem deprændat offensæ) summam illam Divinæ Maiestatis lesæ sanctitatem, & perfectionem, in quam injicere, si posset, maculam ex terræ pulvere procreatus miser ausus est vermis. Divinam contempletur miserationem, atquè patientiam, quæ cum æternis iustissimè posset mancipare ignibus, aliosquè plures minoribus fortè delictis irretitos æterno destinarit supplicio; secum tamen hanc fecit misericordiam, vt spatium pœnitentiæ concesserit. Illatum deindè propriæ animæ malum, Christi sanguine redemptę considerent, quibus pro merito consideratis ni ferreum pectus, adamantinum habeat cor, in lachrymas contritionis liquescet. ¶ Caveat tamèn ne in hujusmò-

Isaias.

di consideratione ad singula peccata in specie consideranda descendat. Multoties namquè huiusmodi recogitatione quasi vento dispersa favilla, latitans scintilla resurgit, virtutumquè virentem silvam accendit. Sàt igitur erit, si incommuni consideret se graviter Deum offendisse, multipliciquè peccato, vt exindè ad contritionem efficaciter moveatur.

4 Dico tertiò: Huiusmòdi considerationis finis efficax de cætero non peccandi propositum esse debet, alias invtiliter laborasse se sentiat. David peccavit, & post peccatorum suorum lacrymalem considerationem: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci:* prædictum ex sua consideratione carpebat fructum: *Asperges me hysopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem de albabor.*

Psalm.

5 Quæres fortassè: Vtrùm si post inceptum mentalis orationis exercitium quis in mortale incidat peccatum, vel fortè iterata committat, ab oratione cessare debeat? Hoc quæsitum non tam ratione difficultatis alicuius in ipso contentæ, quam Seraphicæ Matris nostræ Cœlestis Doctrinæ proponendæ causa excitamus. Ipsa igitùr Seraphica Doctrix *lib. suæ vit. cap. 15.* sic ait: *Si por su flaqueza, y maldad, y ruin natural cayeren, como yo hize, siempre tengan delante el bien que perdieron, y tengan sospecha, y anden con temor, que tienen razon de tenerle: Que sino tornan à la oracion, han de ir de mal en peor: Que esta llamo yo verdadera caida, la que aborrece el camino, por donde gane tanto bien. Y con estas almas hablo, que no digo, que no han de ofender à Dios, y caer en pecados, aunque seria razon se guardasse mucho de ellos, quien ha començado à recibir estas mercedes; mas somos miserables. Lo que aviso mucho, es, que no dexe la oracion, que alli entenderà lo que haze, y ganarà arrepentimiento del Señor; y crea, que si de essa se aparta, que lleva à mi parecer peligro.* Igitùr qui in peccatum labitur, non ideò ab oratione recedere debet: sed rescissis peccandi occasionibus, sempèr in orationis exercitio perseverare.

S. The.

ARTIC. II.

De impedimentis vitandis ad mentalis orationis exercitium.

6 PLura sunt impedimẽta ad orationis mentalis fructum capessendum obviantia; sed in hoc articulo ea præcisè attingemus, quæ omnibus frequentiora esse solent: Inter quæ præcipuum obtinent locũ exteræ occupationes, vt quę magis animũ distrahunt, inte-

gio-

rioremque animæ recessum perturbant: de ijs igitur erit sermo. Vitandæ ergo sunt omninò occupationes illæ, quæ inspectis omnibus superfluæ adinveniantur. Sequuturus Christum *vnus de discipulis, ait illi: Domine permitte me primum ire, & sepelire Patrem meum; Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos, sepelire mortuos suos.* Severa nimis primo obtutui disciplina. Quid enim tàm pium, quàm hoc ergà parentem humanitatis, & pietatis obsequium? Ab hoc tamèn Christus discipulum abstinére præcipit, quia fortasis minus necessarium. Accipe idem ex Seraphica Matre Theresia documentum *cap. 13. suæ vit. Conviene mucho el que huviere de tratar de oracion, que procure dar de mano à las cosas, y negocios no necessarios, cada vno conforme à su estado: y es cosa que importa tanto, que sino comiença à hazer esto, lo tengo por impossible que aproveche.*

Matth. 8. v. 21. & 22.

7 Dico secundò: occupationes illæ superfluæ censeri debent, quæ secundùm vniuscuiusque statum non sunt obligatoriæ, vel saltim ad perfectionem acquirendam iuxta status rationem non conducunt. Probatur, quod non conducit ad aliquem finem assequendum, superfluum in ordine ad talem finem reputatur; sed occupationes illæ, quæ obligatoriæ non sunt alicui statui, vel saltim consonæ ipsi, non conducunt ad talis status perfectionem, cum potiùs ipsam impediant: ergo omnis occupatio, omnisque actio, quæ alicui statui obligatoria non est, vel saltim ipsi congrua, superflua est censenda.

Ex quo infertur alienum prorsus ab statu Religiosorum esse, sæculares solum ob polyticam correspondentiam invisere, nisi aliàs ob communitatis, Religionisvé commodum, hocque obedientia premente fiat. Sequitur etiàm actiones illas, quæ etsi aliàs ex suo genere laudabiles sint, tamen ab obedientia non præscribuntur, vt studére, confessiones audire, infirmos invisere, aliaque huiusmòdi, superfluas esse iudicandas, perfectionique oppositas. Sed de singulis in particulari actionibus, & personis iudicium ferre in longissimum esset abire: illud pro omnibus observare oportet, quòd ea actio, occupatiovè, quæ inspectis omnibus necessaria, vel saltim congrua status perfectioni non erit, penitùs relinquatur.

ARTIC. III.

De ijs quæ spirituali Magistro sunt communicanda.

8 SVmmopere, vt diximus, expedit per orationis viam incedentibus fideliter spirituali Magistro interiores

riores animæ sinus aperire. Et licet hoc tàm incipientibus, quã proficientibus, ac perfectis conveniens; imò, & necessarium sit; præcipuè autèm incipientium proprium est, omnia, & singula; quæ ad mentalis orationis exercitium expectant proximè, & remotè directori suo manifestare, de omnibusquè consulere. Cuius peculiaris indigentiæ ratio est: quòd cum in aliqua sciẽtia vel arte inexperti, vel prima præcepta ignorent, ingentia, ipsisquè insuperabilia occurrunt frequenter dubia, quæ quidem nisi magistri ductu superare non valent.

Ea spirituali Magistro communicanda esse dixi, *quæ proximè, vel remotè ad mentalis orationis pertinent exercitium*, quæquè vel ad ipsum prodesse, vel obesse illi possunt. Ea enim, quæ sive fiant, sive omittantur, nihil ad rem conducunt, vt micas panis catello porrigere, levare festucas, &c. Magistro non sunt communicanda. Nequè inanem hanc reputo animadversionem, nam experientia didici plures, præcipuè mulieres rebus invtilibus propalandis, prætiosum, & irreparabile consumere tempus. Cui obviando nocumento, & periculo, hanc pro spirituali communicatione, ijsquè, quæ in ipsa tractanda sunt, accipe regulam.

9 In primo igitùr vitæ spiritualis ingressu agendum est:

1 De vocatione ad perfectionis viam capessendam.

2 De modo vitæ anteactæ, dequè ipsius in posterùm ordinatione.

3 De modo vitæ, ad quem Spiritu Sancto movente inclinatur; an scilicèt ad solitudinem, an ad orationem, & cõtemplationem, an ad Charitatis opera, &c.

4 De medijs ad hoc conducentibus.

5 De vitijs extirpandis huic fini oppositis.

6 De vitio magis prædominante, virtuteque magis alliciente.

7 De modo orationem, & contemplationem exercendi.

Postquam autem iàm in perfectionis via fuerit instructus de his eum spirituali Magistro agere opportet.

10 1 An in omnibus obedierit Magistro?

2 An in virtute illa, quam pro viribus (vt assolet) exercére decrevit, profecerit?

3 An omiserit orationis tempus, & quam ob causam?

4 An in oratione distractionem voluntariam, vel involuntariam passus sit, huiusquè radicem, quantùm potuerit aperiat?

5 An sensuum mortificationem frequentèr exerceat?

6 Qua perfectione, ea, quę obligatoria sunt effecerit.

7 An passiones ferventi studio represserit.

De ijs omnibus agere opportet; cætera autem vitare; caveatquè

què spiritus Magister ne longioribus confabulationibus ianuam aperiat, fœminisquè præcipuè, quibus innata loquacitas modum habere non finit. Vidi, & aliud malum, & quidèm apud incipientes, & præcipuè apud fœminas frequens: idoneum eligere Magistrum, & qui attentis omnibus eos omni cum securitate possit per viam perfectionis dirigere, cuius tamen dictamini, & iudicio omninò acquiescere nolunt; sed huic, & illi, & alteri suum interiùs exercitiũ communicare satagunt. Talium omninò est desperandus in oratione, & contemplatione profectus. Oritur enim hæc frequens cum pluribus communicatio ex quadam animi levitate, qua cùm sibi placeant, communicationis titulo proprij profectus quærunt ostentum. Quapropter qui proficere exoptat, illud præ oculis habeat, vt posteà quam Viro Docto, & experto, qui certo talis sit, se tradiderit dirigendum, potiùs iussa exequi, quàm nova præcepta quærere debet, hincquè solum, suum spiritualem pendére profectum.

11 Quæres: An qui in omnibus spiritualis Magistri exequitur iussa, ipsiusquè iuditio plenè subjicitur, errare, atquè decipi valeat? Resp. quòd in ijs rebus, quæ mala certè non sunt, vel quæ vt talia non dignoscuntur, quamquam alias ipsa positivé bona non essent, sequi directoris iuditium, error non est, nequé deceptio aliqua esse valet. Vndé, vt Cardin. Turrecremat. refert in defens. Revel. S. Brigit. *cap.* 1. Abb. Moys. *in lib. collat.* ita ait: *Nullatenùs enim decipi quisquã potest, qui non suo iuditio, sed maiorum vivit exemplo: nec valebit ignorantiæ eius callidus hostis illudere, qui universas cogitationes, corde nascentes, pernitiosa verecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seniorum, vel reprobat, vel admittit.* In eundem fere sensũ loquitur Tritemius Abb. *serm. 2. quadrag.* apud Thomam de Kempis: *Nullus* (inquit) *peccat sinè voluntate. Si voluntatem subjicias Deo, & Abbati in omnibus, faciliter peccata vitabis.* In huius denique rei maiorem confirmationem audi Seraphicam Doctricem Theres. *Mans. 6. cap. 9.* Vbi filiabus suis alloquens, ait: *Lo que es menester hermanas, es, que andeis con gran llaneza, y verdad (no digo en dezir los pecados, que esso es claro) sino en contar la oracion; porque si no ay esto, no asseguro vais bien, ni que es Dios el que enseña, que es muy amigo, que al que está en su lugar se trate con la verdad, y claridad, que consigo mismo, deseando entiendan todos sus pensamientos, por pequeños que sean, quanto mas las obras.*

Turrecrem. Abb. Moys.

Trite.

S. The.

His

His itaquè fideliter exequutis, & si metaphysice possibile sit animam sic procedentem decipi; moraliter tamen impossibile videtur: fidelis est enim Deus, qui eos, quos toto corde se exquirentes cernit decipi non patietur: si enim qui superiores audit Deum audit qui per ipsos deciperetur, per ipsum deciperetur Deum.

ARTIC. IV.

A quibus imperfectionibus incipientes purgari debeant?

INcipientium nomine in tota hac *quæst.* 2. intelligendi veniunt, qui quamvis aliquantulùm in via perfectionis per orationem, & meditationem profecerint, nondùm illuminativam viam sunt ingressi, sed per purgativam adhùc incedunt. De huiusmodi ergo incipientibus, sic ait alma Mater Theresia *lib. suæ vit. cap. 7. Esta oracion que và con discurso de entendimiento (por mucho que haga) trae el agua corriendo por la tierra, y no la beve junto à la fuente, y nnnca faltan en este camino cosas lodosas, en que se detenga, y no vaya tan pura.* S. The.

12 Incipientes igitùr, si in via perfectionis proficere cupiunt, acri, ferventique studio sensuum mortificationem exequi debent, eaquè omnia illis negare, quæ naturali appetitui consona sunt, per sensus enim externos species noxiæ ad interiora ferũtur, ascenditquè multoties mors per fenestras; quapropter qui perfectionis metam pertingere, quiquè laboris fructus percipere exoptat, sensuum desideria cohibeat. Sic quippe laboranti cumulatæ fœlicitates per Isaiam *cap.* 33. *á v.* 15. promittuntur his verbis: *Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum: iste in excelsis habitat, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, regem in decore suo videbunt oculi eius.* Isaias.

Hinc igitùr primò visus cohibendus est ne ea inspiciat, quę ad libidinem, vel etiam delectationem inducere possint. Alieno documenta malo suscipiat. Venenata iacula pulchrytudo dispergit. Perijt miserè Samson, quam male perierat, obcœcatus pulchritudine. Davidicũ adulterium ab incautis luminibus sumpsit originem. Proh superi quantùm mortalia pectora cœcæ noctis habent! Incautè conspicis, quæ diù gemebundus fleas. Cave nequandò cum Hieremia *Trenor.* 3. *v.* 51. eiulari cogaris: *Oculus meus deprædatus* Hier.

tus est animam meam. Male fida per itinera incedis, caute ambula. Vel licita aliquandò vidére desine, vt ab illicitis faciliùs abstineas. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidèm de Virgine. cap* 31. *v.* 1. Iob aiebat: eo quòd, vt inquit D. Gregorius Magnus: *Semel species formæ corde per oculos alligata, vix magni luctaminis manu solvitur. Præceps quippè anima dum antè nō providet, ne quid incautè videat, quod concupiscat; cæca post incipit desiderare quod vidit.*

Iob. Greg. Mag.

Auditus similiter cohibendus est, ne ea audiat, quæ animæ interiorem conversationem perturbare valuerint. Mendacia in primis auscultari renuat: Per Salomonem *Proverbior.* 29. *v.* 12. dicitur: *Princeps, qui libentèr audit verba mendacij, omnes ministros habebit impios:* Quādò enim ratio, seu mens, quæ vt Princeps sensuum Reipublicæ regimen habet mendacio delectatur, ministri, idest sensus facilè depravantur. Impudica, & obscena, vel quia Christianus, imò quia homo est penitùs abhorrere debet. Scurrilitatis verba, anilesquè fabellas vitare studeat, inanitèr quippè in ipsis audiēdis consumitur tempus: quare semper cum Propheta dicat: *Audiam quid loquatur in me Deus.*

Olfactū mortificare faciliorís solet esse negotij, ab odoribusquè abstinére, præseferúnt namquè in viro spirituali nescio quid indecentiæ: quid enim tàm absurdum, quàm pœnitentem virum, seu fœminam macie, & squalore pallentem, fragrantibus incedere speciebus onustū?

In gustu mortificando difficiliùs est prælium: sed pro faciliùs appetitu rebelli vincendo, illud sempèr meminerit Proverbior 29. *v.* 21. *Qui delicatè à pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem.* *Prov.* A delicatis igitùr obsonijs vir spiritualis abstineat. Et de vilioribus quidèm modicè sumat, contentus cum Apostolo 1. ad Tit. 6. *v.* 8. *Si habeat alimenta, & quibus tegatur.* Parùm enim refert vilia nè an prætiosa, & delicata sint obnoxia, si de vilibus vsquè ad satietatem, vel etiam ingluviem sumatur: *Ecce* (inquit Ezechiel 16. *v.* 49. *Hæc fuit iniquitas sodoma sororis tuæ: superbia saturitatis panis.*

Ad Tit. *Ezech.*

In comprimendo deniquè tactu acerbiora sunt prælia: huius mollem indolem domare, hic opus hic labor est. Si habenas laxes effrenatus in tartara currit, si premas succumbit oneri, nequè spiritui deservit. O quo magis individuus, & imbecilior comes, potentior inimicus! Illud igitùr in primis observandum est, vt quisque iuxtà proprium statum vilibus vtatur vestibus, interiorique aspera,

quan-

quantum vires suppetias attulerint. Flagella frequenter, cilicia, tribulos, &c. noverit deniquè corpus se in omnibus molestiam passurum, & si quandò defecerit nimio oppressus labore, vel ipsa infirmitate spiritui servire cogatur.

ARTIC. V.

De modo sensus interiores purgandi.

13 SVpponendum est ex communi Philosophorum sententia præter quinque sensus externos *visum*, scilicet *auditum, olfactum, gustum, & tactum*, quatuor alios internos in homine reperiri. Primum sensum communem, inquem veluti in communem specierum intelligibilium receptaculum omnes sensus externi rerum acquisitas species transmittunt, in ipsumquè confluunt ad eum sanè modum, quo diversas per canales latices in stagnum. Huius sensus proprium munus est inter species à sensibus externis immissas discernere, ne sicut diversæ aquæ in eundem profluentes stagnum commiscentur, ita vt inter vnam, & aliam discerni nequeat, sic, & species, quod absquè huiusmodi sensus ministerio necessario eveniret. Sensus communis sedes est anterior capitis pars: residet namquè iuxta probationem Philosophorum, & Medicorum sententiam ipso frontis dedivio, interquè ipsa supercilia. Secundus sensus est *imaginatio*, seu *Phantasia*, in medio capitis situm habens, cuius propria operatio est species coordinare, exque præconceptis efformare tertiam: vt ex speciebus mentis, & auri aureum mõtẽ effingere. Tertius est *æstimativa*, quæ post capitis medium versus posteriorẽ partem habet locũ. Huius proprium est rationes insensatas agnoscere, hoc est rationem convenientiæ; & disconvenientiæ, amicitiæ, & inimicitiæ. Vt patet in ove, quæ canem amicum, inimicumquè lupum discernit. Quartus deniquè sensus *memoriæ* est in posteriori capitis parte constituta, cuius proprium munus, & officium est species ab alijs sensibus acceptas conservare, vt pro temporis opportunitate deserviant. Cuius sensus existentiam, vel sola præteritorum recordatio demonstrat. Nam etsi in homine detur etiam memoria intellectiva, vndè ex præteritorum recordatione ad sensitivam memoriam adstruendam efficax videtur desumi non posse argumentum; in brutis tamen, quæ intellectiva memoria carent, ex ipsa etiam experientia sensitiva memoria demonstratur evidenter. Sed circa hoc videantur N. Complut. *abbrev.* lib. 3. de Anim. disp. 14. per tot. *abbrev.* Compl. abbrev.

D. Th. Interim audiatur D. Th. *opusc. 43. cap. 4. Patet* (inquit) *quomodò est excellentia in potentijs animæ sensitivæ. Sensus enim proprius (idest externus) non potest appræhendere nisi vnum sensatum; sensus verò communis plura. Item, & sensus communis non potest aliquid appræhendere nisi ad præsentiam rei extra; Phantasia autèm formam rei retinet re absente. Item Phantasia non potest appræhendere, nec retinere nisi formas à sensibus acceptas, æstimativa autem potest intentiones circa huiusmodi formas appræhendere: æstimativa verò licèt possit huiusmodi intentiones appræhendere, non tamèn retinère, quod habet memoria.*

14 Prædicti igitur sensus interni necessario ad vitæ spiritualis profectum mortificandi sunt. Nám cùm sint motores appetitus sensitivi, qui contra rationem rebelavit, ipsi semper (nisi reprimantur) appetitui sensitivo, concupiscentiæquè favent. *Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Genes. Genes. 8. v. 21.

15 Sensus ergo communis ab ijs speciebus avertendus est, quæ evidenter bonæ non sunt. Discernere namquè inter species, quæ ex se possunt, vel non ad bonum conducere proprium sensitivæ partis non est, sed rationalis, imminetquè periculum, eas amplectendi, sequendiquè, quæ potius nocumentum, quàm profectum animæ parent. Maximè cùm & ipse sensus potiùs in delectabilia, quàm in rationabilia inclinet. Cohibendus igitùr sensus communis est ad huiusmòdi vitandum periculum, vt ea solùm animadvertat, quæ fuerint evidentèr bona.

16 *Phantasiæ* similiter non ea omnia permittendum est cogitare, in quæ suapte inclinatur natura; sed determinatè ad bonum coercenda est. Cùm autèm ipsa molestissima sit, ob suamquè levitatem, & inconstantiam hùc, illucque facile mobilis; industria potiùs, quàm viribus ad ipsam comprimendam est opus. Foveatur ergo spirituali lectione, qua novas semper species, ipsasque rectas, inspiciendas habeat. Deinde eas res diù consulto, & ex proposito considerare, seu cogitare non permittatur, quę ad Deum non ordinantur, vel mediate, vt sunt ea, quibus exercendis adest obligatio ex statu, obedientia, vel officio, vel immediate, vt sunt Sanctæ cogitationes de Christi passione, de Divinitate, de Cœlestibus, &c. ¶ Adverte tamen quòd imaginationis irrequieta varietas, instabilis conditio non bene medetur adversus ipsam positive pugnando, sed per artem quasi decipiendo. Quare cùm illicita cogitare cōspicias, sua-

ſuaviter, non fortiter in meliora advoca ſancta, & honeſta ei proponendo, vel etiam indifferentia, quo faciliùs à malo retrahas, & in bonum adducas.

17 In purganda æſtimativa potentia illud ſemper præoculis habeatur, ne ratio convenientiæ, & diſconvenientiæ moveat; plerunque enim ſub neceſſitatis ſpecie delectatio fallit. Quapropter ea ſolùm deſideranda ſunt, quæ prudentis confeſſarij, directoriſve iudicio neceſſaria eſſe conſpiciantur. Equidem veſtitus talis eſſe debet, qui nuditatem contegat, non qui profanitatem, curioſitatemve augeat, cibus qui vitam conſervet, non qui delicias præſeferat, ac gulam foveat. Omnia denique quatenus ad finem ſpiritualis vitę conducunt, deſervire debent, non quatenùs ad commodum, vel commodum apta ineptave iudicantur.

18 Memoria denique purgari debet (omnes inter potentias huius purgatio difficilis eſt negotij) ſtudeat igitùr qui Deo vacare deſiderat, ea omnia obliviſci, quę ſui magnam exiſtimationem afferre valent, vtpote quæ humilitati ſunt contraria. Vnde Genus, nobilitas, honor, divitiæ, & ſi quæ huiuſmodi ſunt, oblivioni tradantur. Iſraëliticum regebat ſceptrum Regius vates, qui tamen Pſalm. 21. v. 7. aiebat: *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Quomodò ea, dices, obliviſci poſſunt, quę manent alta mente repoſita? Difficile equidem ſemper exiſtimavi; ſed tamen hoc accipe documentum, diuturna experientia comprobatum. Viliora ſemper exequere miniſteria, de honoribus ſæculo habitis nunquàm loquaris, proprijs abiectionibus gaude, vel ſpernenti ſaltim ne reſiſtas, ſicque aliquandò, favente Deo, deſideratam humilitatem adinvenies, oppoſita enim oppoſitis curantur.

ARTIC. VI.

De appetitu ſenſitivo purgãdo.

19 Concupiſcit caro adverſus ſpiritũ, & ſpiritus adverſus carnẽ, quapropter appetitus ſenſitivus, qui ſpiritui ſemper eſt oppoſitus, omninò cohibendus, & purgandus eſt, ordine ſequenti.

20 Primò à ſpirituali ſuperbia: incipientes namque cùm eis ſæpe Deus ſpirituales impertiatur conſolationes (quo eorum ſubveniat imbecillitati) ipſi ſenſim ſuperbiunt; occultamque ſatisfactionem concipiunt. Vnde vt huiuſmòdi inordinatum motum cohibeant, caveant ſolicite, ne alios, vel interne contemnant; eoſque docere concupiſcant, nec intempeſtive de rebus loquantur ſpiritualibus. Sed præ omnibus cavere debent, ne alios, qui

ſan-

sanctitatis fama pollére solent, æmulentur, hinc quippè multotiès indiscretus oritur zelus, quo etiam levissima in alijs punire contendunt, cum tamèn graviora delicta in se ipsis laude digna existiment, vident enim in alieno oculo festucam, in suo autem trabem non vident.

21 Secundò appetitus purgandus est ab avaritia spirituali, multotiès enim superna prægustata dulcedine sitim quandam cœlestium delectationum incipientes concipiunt, avidoquê desiderio restinguere quærunt sitim, quod vt assequantur, spiritualia multiplicant exercitia, devotos libros plus iusto frequentant, varias considerationes coacervant: hęc omnia imperfectionem quandam præseferunt; ad quam purgandam, qui perfectionem vitæ spiritualis nititur adipisci, huiusmòdi inordinatum desiderium pro viribus à se abjiciat, sequè indignum reputet, qui oculos in Cœlum levet, ea solùm exercitia exequatur, quæ sibi ab obedientia fuerint iniūcta. Sanctorum reliquias pio veneretur affectu, simplici inspiciat obtutu, plerumquè enim sub devotionis specie latet curiositas, & xeniolis velùti retibus cor illaqueatur.

22 Tertiò purgari debet appetitus á luxuria, quæ titulo spiritualis amoris multotiès decipit. Frequentèr enim ex assidua communicatione naturalis insurgit amor; qui quidèm nisi intra limites simplicis dilectionis solicitè detineatur, paulatim (maximè inter Patrem spiritualem, & fœminam) in illicitum serpit. Passim huic malo medendo apud PP. invenies documenta. Illud inprimis, vt ea præcise cum fœminis tractes, quæ ad eius directionem omninò necessaria esse iudicaveris, vt iocosa verba tanquàm venenata spicula fugias, vt xeniola ab ipsis non admittas, vt familiaritatis speciem evites, ac deniquè vt noverint ipsæ fœminę te solum ijs, quæ ad sui spiritualem conducunt profectum, gratum præbiturum auditum. Sed de hac re videatur D. Bonaventura pleno opusculo: *De vitanda familiarite Dominarum.* *D. Bonavēt.*

23 Quartò purgandus est appetitus á Gula spirituali, quæ in inordinato desiderio spiritualium cōsolationum consistit. Simillimus est hic appetitus spirituali avaritiæ; adversus vtrumquè sic loquitur Seraphica Doctrix Theresia *lib. suæ vit. cap. 11. El alma que en este camino de oracion mental comiença à caminar con determinacion, y puede acabar consigo, no hazer mucho caso de consolarse, ni desconsolarse mucho porque le falten essas ternuras, ò gustos, que suele dar el Señor; crea que tiene andado gran parte del camino.* Et infra: *Los que ha mucho que començaron, y nunca aca-* *S. The.*

acaban de acabar, yo creo es gran parte, este no abraçarse con la Cruz desde el principio.

24 Est, & spiritualis invidia: ægrè quippè nonnulli ferunt alios laudari quòd spirituales sint, quòd hæc aut illa eximia virtutis opera exerceant, quòd spiritualium nomine decorentur. Adversus huiusmòdi affectum nulla aptiori via dimicare poteris, quàm ipsorum merita detegendo, efferendo virtutes, honores cumulando, & si quid adversus promeritam eorum sanctitatis famam audias efficacitèr repellendo.


25 Nocet, & incipientibus superbia, eaquè maximè, vt quæ humilitati, virtutum omnium fundamento, directè opponitur familiare hoc vitium incipientibus esse solet. Cum enim è præteritis criminibus ope divina eruti iam sint, facile superbiunt; credentes aliquid eximiæ virtutis esse adeptos. Adversus huiusmòdi malum his verbis pugnat pro ipsis Apostolus 1. ad Corint. 4. *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Domine nihil dignum in conspectu tuo egi* (frequenter clament) *ideò deprecor maiestatem tuam vt tu Deus deleas iniquitatem meam.* Ab alijs illata mala patienter toleret, seque semper honoribus indignum reputet, viliora amplectatur ministeria, vel etiàm non iniuncta. Sum iterùm de superbia loquutus, deque ipsius medicamine, vt huius filiam iram facilius debellare possim. Adversus aliquod infligentes malum facile irasci solent incipientes, vt qui patientiæ virtutem non sunt assequuti, saltim in statu perfecto. Illud igitur meminerint aurum in igne probari, lapidem nisi scalpello ictum ędificio non apponi, adamantem malleo probari, & in cude. Irrogata mala perpeti patienter assuescant, sicque post breve tempus ea, quæ intollerabilia prius videbantur, vt delectabilia, vel saltim proficua amplectentur.

1. *Ad Corint.*

26 Ab accedia denique spirituali appetitus sensitivus purgari debet. Hæc in spiritualibus, quandoque oritur ex defectu, vel carentia spiritualium consolationū; quandoque etiam ex pręceptorum difficultate. At quia hæc omnia in ipsis ex ingressu in *noctem obscuram* sensitivæ partis originem ducunt, quę quidem dici solet *Purgatio passiva*; partis sensitivæ, vt appellatur à N. Philip. à SS. Trinit. 1. *p. Myst. Theolog. tract.* 4. *per tot.* & à N. Fr. Antonio ab Spiritu Sancto: in suo Directorio Myst. *tract.* 2. *disp.* 4. *per tot.* ideo eis pro nunc omissis, præsenti tractatui corollam imponat Mysticus Doctor B. P. N. Fr. Ioannes à Cruce, qui postquàm de his omnibus imperfectionibus, quæ purgatione

activa

activa sunt evacuandæ, egit *lib.*
S. Ioan. à Cruc. 3. Ascensus Montis Carmeli à *cap*, 2. *in fine* 7. *Capitis* sic inquit: *Estas imperfecciones baste aver aqui referido, de las muchas en que viven los de este primer estado de principiantes, para que se vea quanta sea la necessidad que tienen de que Dios les ponga en estado de aprovechados, lo qual se haze metiendolos en la noche obscura, que aora diremos, donde destetandolos Dios de los pechos de estos gustos, y sabores en puras sequedades, y tinieblas interiores, les quita todas estas imperfecciones, y niñerias, y haze ganar las virtudes por medios muy diferentes: porque por mas que el principiante se exercite en mortificar en si todas sus acciones, y passiones, nunca del todo, ni con mucho, puede, hasta que Dios lo haga en el por medio de la purgacion de la noche obscura, en la qual para hablar algo, que sea de provecho, sea Dios servido de darme su divina luz, porque es bien menester, en noche tan obscura, y materia tan dificultosa.*



TRACTATVS II.

DE CONTEMPLATIONE DIVINA acquisita.



PRIMA Contemplationis salutare limina multorum est, ad intima autèm ingressus, paucorum: attamèn ijs, quos per contemplationis viam Deus salvos fieri efficaciter decrevit, virtutem confert, spiritualesquè vires, vt in oratione mentali persistant, vtquè in timore Domini firmati ad contemplationis culmen perveniendi desiderium fervens concipiant. Ingressuri igitur in Sanctuarium Dei cum
Acta Apost. Paulo Actor. 9. clamant: *Domine quid me vis facere!* Quorum mentibus, sicut Paulo visum, sic lumen adimit, obscuræquè noctis caliginem invehit, quo avidiùs directorem quærant, diligentiùsquè lumen cœ-

leste

leste requirant: ibi enim dicitur quid eos opporteat facere. In præsenti ergo *tract.* primò agendum est de nocte obscura sensus, seu partis sensitivæ. Secundò de medijs, signisquè proximitatis ad contemplationem. Tertiò de gradibus, quibus ad illam pervenitur. Quartò deniquè de natura, proprietatibus, & exercitio contemplationis acquisitæ.

QVÆSTIO PRIMA.

DE PVRGATIONE PASSIVA PARTIS *sensitivæ in obscura nocte sensus.*

QVæ quæstionibus præcedentibus, præcipuè quæstione vltima primi tractatus dicta sunt, ad purgationem pertinent activam sensitivæ partis. Qualiter nempè incipientes divina gratia adiuti debeant ad contemplationis gratiam consequendam media oratione mentali se disponere. In hac verò quæstione de purgatione loquimur passiva, idest de ea, respectu cuius homo passivè se habet, Deo activè se gerente. Pro quo sit.

ARTIC. I.

In quo formaliter consistat Purgatio passiva partis sensitivæ?

1 DIco primò: Purgatio passiva partis sensitivæ consistit formaliter, & essentialiter in subtractione lucis, suavitatis, gratiæquè sensibilis, quibus incipientes in suis meditationibus, & exercitijs fuerant potiti. Sic Sanctis. P.N. Mysticusquè D. Ioannes à Cruce *lib.* I. *Noctis obscuræ cap.* 8. Vbi sic ait: *Al mejor tiempo, quando mas à su sabor y gusto andan en estos gustos espirituales, y quando mas claro à su parecer les luce el Sol de los divinos favores, escureceles Dios toda essa luz, y cierrales la puerta, y manantial de la dulçe agua espiritual que andavā gozando en Dios todas las vezes, y todo el tiempo que querian ..... Y asi les dexa tan à escuras, que no saben por donde ir con el sentido de la imaginaciō, y el discurso: porque no saben dar vn passo en la meditacion,*

S. Ioan. à Cruc.

K ccmo

como antes solian, anegado ya el sentido interior en esta noche. Idem significatur illo Hyeremiæ 14. á *v.* 1. Vsque ad 4. *Factum est verbum Domini ad Hyeremiam de sermonibus siccitatis. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Hyerusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad auriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua, confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua propter terræ vastitatem, quia non venit pluviæ in terram.* Per via cuilibet est prædictorum verborum in sensu mystico intelligentia. Sed pro maiori huius intellectu audi Laurentium Iustinianum *lib. de disciplina, & perfect. Monasticæ cõversat. cap.* 18. Circa medium: *Solet tamen interdum* (inquit) *divina bonitas ab orantis affectu se subducere, eumque totum aridum, totumque reddere indevotum. Tunc quidquid meditanti offertur, desipit, quidquid cogitare disponit, indiscussum pro ariditate spiritus derelinquit. Nihil sapit, nihil delectat, nihil reperitur, quod pascat affectum, quin potius vbique tenebræ densissimæ palpantur, vbique sterilitas sentitur, quasi priùs nihil dulce gustatum sit.* Huius passivæ purgationis meminit etiam D. Bernard. *serm. in cantic.* Ezechiæ vbi sic inquit: *Est bona consolatio, quæ hilarescit, in quo cùm cœperit proficere, necesse est, teste Scriptura, persequutionem patiatur, vt recens gaudium convertatur in mœrorem, & dulcedo boni vix summis labijs attactâ, in amaritudinem commutetur, ita vt libeat dicere: versa est cythara mea in luctum, & cantatio mea in plorationem.*

Hyremias. *Laur. Iustin.* *D. Ber.*

Devotissimus itidèm Taulerus *serm.* 1. *de communi Martyr.* sic huius obscuræ noctis martyrium ex purgatione passiva describit: *Altera via resignationis, & Crucis, seu afflictionis est: hic omni homo spirituali solatio privatur. Hinc porro spiritualis nascitur istorũ martyrum fortitudo, estque hæc via ariditatis, & siccitatis devotionis...... Cumque maius adhuc studium, & conatum adhibent, multo adhùc intus aridiores, & lapide duriores efficiuntur, ita vt nonnunquàm vix ferant patienter, & magis, magisque animo deficiantur, excrucienturque. Hinc iam metuere incipiunt, invidereque alijs gratiam ipsorum, atque ita dolorem super dolorem accipiunt. His verò, seu similibus adeò, plerunque fatigantur, vt quid agendum sibi sit penitus animo dubij sint.* *Tauler*

2 Dico secundò: Hæc purgatio passiva non est merè negativa, sed includit positivam influentiam divinæ potentiæ, qua

simul

simùl cum subtractione auxiliorum, & gratiarum ad devotionem sensibilem, dulcemquè meditationem concurrentium, corroborat animam ad prædictam purificationem, & privationem sufferendam. Probatur: nàm anima in hac purgatione perficitur: at qui hæc perfectio nequit in sola privatione, seu auxiliorum, sensibilisquè consolationis subtractione consistere; cùm nulla mera privatio afferat animæ positivam perfectionem: ergo prætèr privationem dictam includit hęc purgatio positivam influētiam divinæ potentię, qua anima tot inter pœnas, ac afflictiones ad ipsarum tolerantiam roboratur. Benè verum est ipsam animam nihil huius corroborātis virtutis agnoscere, quod ad intensiorem purgationem ita Deo disponente fit; sed de hac re audiatur iterùm devotissimus Taulerus *loc. proximè cit. Sic itaquè docet eos Deus resignationem, subiectionemquè, vt videlicet ita se sub Deo relinquant ...... Isti Martyres spirituales pro ipsorum iudicio omnium pauperrimi; sed coram Deo locupletissimi sunt: sunt etiam, vt ipsis videtur, omnium à Deo remotissimi; sed revera proximi sunt. Sic, & omnium se credunt coram Deo abiectissimos esse; cum sint electissimi omnium deniquè se Deo infidelissimos sentiunt, cùm tamen fidelissimi, ac strenuissimi sint ad illius promovendum honorem, contemptumquè prædicēdum, ob quæ, & patiuntur hæc omnia.* Includit igitùr hæc passiva purgatio auxilia, & gratiā, qua patientes locupletantur, qua Deo aproximantur, qua electissimi fidelissimi, ac strenuissimi sunt milites Christi, quod ampliùs ex Articulo sequenti constabit.

Tauler.

ARTIC. II.

Quænam sint motiva huius purgationis passivæ sensitivæ partis?

3 PRimum motivū huius passivæ purgationis assignat Beatissimus P. N. Fr. Ioannes à Cruce vbi supra, his verbis: *Como eran flacos, no avia puerta cerrada para ellos, como dize San Iuan en el Apocalipsi:* Eccè dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, & servasti nomen meum, & non negasti nomen meum: *Sintiendoles aqui ya Dios algo crecidillos para que se fortalezcan, y salgan de mantillas; los desarrima del dulçe pecho, y baxandolos de sus braços, los muestra à andar por su pie, en lo qual sienten ellos gran novedad, porque se les ha buelto todo al revès.*

S. Ioan. à Cruc.

4 Secundum motivum est, cautos reddere incipientes; hoc est ne sensibilibus gaudijs, nimis

sint addicti. Plerunquè enim, Deo permittente, his sensibilibus delectationibus diabolica venena latitant. Hoc assignat motivum S. Laurent. Iustinian. lib. de discip. Monast. cap. 8. his verbis: *Plerunquè tamen permittente sponso, vt sibi ardentius dilectam copulet, aut ad altiora provehat, aut prudentiorem efficiat, Satanas in lucis Angelum transformatur, atquè illo tam sancto contubernio admiscetur: quem cum anima, adhuc cœlestium ignara visitationum, erroris admiserit spiritum, & veluti Domino se illi substraverit, sine mora secedit sponsus, & illicò succedunt tenebræ, ac quædam opaca mentis hebetudo: continuò obdurescit animus, & propria confusione confunditur: atquè ex his, quæ patitur, perspicuè intelligit spiritum, quem suscepit, inimicum.* Ex quo constat motivum huius purgationis esse liberam animam reddere à fallacijs Dœmonis.

S. Lau. Iustin.

5 Tertium motivum est animam ab his sensibilibus cõmunicationibus avertere, vel quia difficile est discernere an à Deo sint, nèc ne? possunt enim non solùm à Dœmone simulari, verum, & à naturali dispositione procedere, vt rectè notavit Richard. serm. 33. in Cantica: *O quam frequentèr* (inquit) *imperfecti, & ignari gratiæ moventur carnali gaudio, vel naturali alacritate, & moveri se putant spirituali consolatione.* Vel quia etsi istæ sensibiles consolationes, & communicationes à Deo sint, non nimis sunt æstimandæ, cum aliquando imperfectis, & peccatoribus etiam communicentur. Imò etsi in iustis inveniantur, dantur illis quasi modo genitis infantibus, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Deus igitùr solidiori pabulo alere eos studens, à talibus consolatiunculis separat, & avertit, vt ad altiora, & dulciora fruenda perducat.

Richar.

6 Quartum motivum est: nè in superbiam elati in iudiciũ incidant, & in laqueum diaboli: multi enim tali ferventes sensibili gratia, & suavitate, nihil sibi ampliùs quærendum putant, placentes sibi, & occasione accepta superbientes, á quo periculo liberat Dominus occasionem superbiendi substrahendo, & in tenebris sedentibus practicam humilitatem procurando.

7 Quintum motivum est animam disponere immediatius ad contemplationem, meditatione relicta, iuxtà ea, quæ postea dicemus. Ità colligitur ex Doctrina Mystici Doct. Sanctissimiquè Parentis Ioannis à Cruce. Quod, & non obscure significavit Isaias cap. 1. à v. 24. his verbis: *Propter hoc ait Dominus exercituum fortis Deus Israel. Hèu consolabor super hostibus meis, & convertam manum*

Isaias.

num

num meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum .... Post hæc vocaberis Civitas iusti, vrbs fidelis. Hæ sunt præcipua huius purgationis motiva. Præcipua inquam, nàm sunt, & alia vt acquisitio virtutum, vera in voluntate Dei resignatio, imitatio Christi, &c. Sed quia hæc omnia ad præfata reducuntur, illa enumerasse sufficiat.

ARTIC. III.

Vtrùm Purgatio passiva partis sensitivæ ab effectibus cognoscatur?

8 DIco primò: sicùt quælibet causa cognoscitur à posteriori per suos effectus, vt est commune Philosophorum; sic purgatio passiva partis sensitivę per eius proprios effectus dignoscenda est. *Proprios* inquam, quia alij effectus, qui ab alia possunt provenire causa prædictæ purgationis existentiam non demonstrant. Huiusmòdi autem effectus sunt in triplici differentia, iuxta Doctrinam Mystici Doct. N. B. Ioannis à Cruce *loc. cit. cap.* 9. quam tradit his verbis: *Para lo qual ello, que ay tres señales principales. La primera es: Si assi como no halla gusto, ni consuelo en las cosas de Dios, tampoco le halla en alguna de las cosas criadas ..... En esso se conoce probablemente que esta sequedad y sinsabor no proviene de pecados, ni de imperfecciones. Porque si esto fuesse, sentiria en el natural alguna inclinacion, ò gana de gustar de alguna otra cosa, que de las de Dios.*

S. Ioan. à Cruc.

La segunda señal, y condicion de esta purgacion es: que ordinariamente trae la memoria en Dios, con solicitud, y cuydado penoso, pensando que no sirve à Dios, que en esto se vè que no sale de floxedad .....: porque la que es tibieza, tiene mucha remission, y floxedad en la voluntad, y en el animo, sin solicitud de servir à Dios. Subdit postea nonnunquam hanc purgationem adiuvari ab atra bili his verbis: *Quando es puro humor, todo se và en disgustos, y estragos del natural sin estos deseos de servir à Dios.*

La tercera señal, y condicion que ay para que sepamos ser esta purgacion del sentido es, no poder ya meditar, ni discurrir, aprovechandose del sentido de la imaginacion, para que le mueva como solia, aunque mas haga de su parte: Porque como aqui comiença Dios à comunicarsele; no ya por el sentido como antes hazia ...... de aqui es, que la imaginacion, y fantasia no pueden hazer arrimo, ni dar principio con alguna consideracion, ni hallar en ella pie ya de ai en adelante.

¶ Ani-

¶ Animadverte hæc omnia signa debére simul concurrere, vt iudicetur animam esse in hac passiva purgatione positam: nàm si vna, aut altera tantùm sit, aliam potest habére causam. Debet insupèr hæc purgatio, ad hoc vt talis habeatur, esse continua, regulariter loquendo, quia vt *loco sup. cit.* tenet Sanctiss. P. si semèl Deus purgare incipit sensitivam partem vsquè dùm perficiatur purgatio non desistit. Dixi *regulariter:* interdū quippè nè animę ab vberibus gratię sensibilis repentè ablactatę malum aliquod contingat ex ipsius fragilitate, solet Deus aliquam consolationem porrigere, sed transeuntèr quidèm, vt statim anima ad prędictam purgationem perficiendam revertatur.

9 Dico secundò: prætèr enumeratos effectus, qui vt proprij passivæ purgationi sensitivæ partis tribuuntur, sunt, & alij, qui quidèm licèt non ita proprij sint, deserviunt tamen ad ipsam cognoscendam. Horum aliqui privativi sunt, vt notavit N. Philippus à SS. Trinitat. *tract. 3. Myst. Theolog. art. 3.* alij positivi. Privativi quidèm hi sunt purgatio ab imperfectionibus, à vanis imaginationibus, Dœmonumquè illusionibus liberatio.

Fr. Philipp. à Trinit.

10 Positivi antèm sunt: primus subiectio partis sensitivæ, & inferioris ad intellectivam, & superiorem, dum videt omni sensibili consolatione se destitutam. Secundus animę robur, vt quæ virili alitur cibo. Tertius clarior tàm sui, quàm Dei cognitio: nàm qui experientia cognoscit debilitatem propriam, nihilquè boni ex se habere, ex hoc ipso cognoscit summam dependentiam, quam à Deo habet. Vndè aiebat Augustinus: *Noverim me, & noverim te.* Hunc etiam effectum significavit Psalmista Psal. 62. his verbis: *In terra deserta, & invia, & inaquosa; sic in Sancto apparui tibi, vt viderèm virtutem tuam, & gloriam tuam.*

D. Augustin.

Psalm.

11 Quartus effectus est quædam specialis lux ad specialiter Deum cognoscendum. Vt docet N. Mystic. D. *loc. cit. cap. 12.* promittiturquè per Isaiam 58. *v. 10. Orietur in tenebris lux tua:* hocquè exigit ex natura sua tribulatio, & vexatio in qua anima reperitur: iuxta Isaiam 28. *v. 19. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, avulsos ab vberibus.*

B. Ioã. à Cruc.

Isaias.

12 Quintus est summa humilitas, maior omni ea, quàm quolibet exercitio posset acquirere. Videns enim, & iudicans se nihil posse, nihilquè facere Deo gratum, imò nec hominibus, obmutescit propriæ æstimabilitatis cognitio, aut cogitatio. Vndè in persona istorum David aiebat: Psalm. 38. *Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bo-*

Psalm.

á bonis (videlicèt spiritualibus, quorum iacturam se credunt incurrisse) *& dolor meus renovatus est.*

13 Sextus effectus est iugis Dei præsentia, avidè enim quærit, à quo existimat esse derelictam, & inveniendi desiderio in omnibus propriæ studet mortificationi, si ità fortè inveniat, quem anima diligit, nequè in aliquo alio consolationem admittit nisi in propria mortificatione, clamans cum Psalmista Psalm. 76. v. 4. *Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & consolatus sum; & exercitatus sũ, & defecit spiritus meus.* *Psalm.*

14 Septimus est virtutum omnium exercitium patientiæ, fortitudinis, humilitatis, &c. Vndè concludit Mysticus D. S. Ioannes á Cruce, *loc. cit. cap.* 13. *Y finalmente en todas las virtudes, assi Cardinales, como Theologales, y Morales se exercita el alma en estas sequedades.* Ex quibus omnibus constat quàm maximum bonum sit animam hanc ingredi passivam purgationem partis sensitivæ. Et licèt ipsa non beneficium, sed pro peccatis pœnam tunc existimet, postea tamen dùm iam purgata agnoscit illius laboris fructum vnionem cum Deo esse, cum Psalmista dicit. Psal. 118. v. 71. *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.* *S. Ioan. à Cruc.*

(·.·)

ARTIC. IV.

Vtrùm cooperandum Deo sit in hac purgatione passiva partis sensitivæ?

15 SVpponimus vt certum animam quantùm ad privationem illius gratiæ sensibilis, quàm in meditatione experiebatur, in ordinequé ad privationem lucis, qua caret ad cognoscendum huiusmodi sensibilis gratiæ privationem à Dei bona voluntate provenire, passivè se habere, ideoquè in illa non agere, sed pati. Vndè cooperatio animæ, si quæ fit, debet ad hoc ordinari, vt hoc quod patitur cum fructu sit, ad finemquè à Deo intentum assequendum ordinetur.

16 Dico igitùr primó: ad fructũ ex huiusmodi passiva purgatione certò capessendum viri docti, & experti directio necessaria est, alioquin enim omninò desperandus est profectus, vt ait S. P. Ioannes á Cruce, his verbis: *Si no ay quien los entienda buelven atras dexando el camino, ò afloxando, ò alomenos se estorvan de ir adelante.* *S. Ioan. à Cruc.*

Dixi Viri Docti, & experti, Vtrumquè enim, si in eodem inveniatur ad rectam directionem requiritur. Si tamen alius sit doctus, expertus alter, doctus eligatur iuxtà Doctrinam Seraphicæ Doctricis Theresiæ, relatam

tam à N. Philip. à SS. Trinit. *vbi sup. art. 6.* Doctus enim lumine Sacræ Scripturæ ductus facilius inter bonum, malumque discernit. Hic igitur anima penitùs se subjiciat, in omnibusquè parere decernat: nunquàm enim magis indiget directore, quàm dùm viam ignorat, dumque caliginosa in nocte constituta nullum, vel modice illuminat cœleste lumen.

17 Dico secundò: Maximè congruit in hac passiva purgatione constitutis divinæ cooperari influentiæ per omnimodam in Dei voluntate resignationem. Devotissimus, & expertus audiatur de hac re Taulerus: Epist. 25. Vbi sic ait: *Pro hac autèm fœlicissima, ac benedicta Schola omnia penitùs deserēda sunt: qui enim in ea amabili lectori illius subditus esse voluerit, eum à se ipso, & à creaturis omnibus expeditum, ac liberum esse oportet. Deniquè in hac Schola à Dignissimo Magistro in summo, ac excellentissimo libro, hæc quotidiè institutio, seu prælectio discitur: quod videlicet in vera resignatione voluntatis nostræ, in gravissimam Dei voluntatem per mentis immobilitatem iucundum semper, & perindè nobis esse debeat quidquid simus, & vtrum abundemus, vel patiamur inopiam sciamus, vel ignoremus, ita vt nihil omninò velimus, nihil optemus, nihil queramus, vel intendamus, quàm nudè amabilis magistri huius beneplacitū, ac voluntatem, etiàm in posse, & non posse, in omni actione, & dimissione, in cunctis spiritualibus, ac corporalibus afflictionibus, in vivendo demùm, & moriendo. Vbi enim, aut quomodò habeamus, & simus in his, cunctisquè alijs immobiliter perindè nobis esse debet absquè omni vacillatione, absque omni electione, vel repudiatione huius, vel illius, absquè omni deniquè velle, vel aversari.* Hanc ergo Christi lectionem spiritualis Magister quotidiè discipulo legat, hanc ipsum edoceat, dùm videt in hac passiva purgatione constitutum, cui si acquiescat ad perfectiorem statum, Deo favente, certò speret evehendum.

Taulerus.

18 Dico tertiò: Modus potissimus, quo anima cooperari debet divinæ influentiæ, est coram Deo assistere tempore ad orationem destinato cum quadam affectuosa advertēcia, absque omni discursu, aut imaginatione á se quæsita, vel intenta: absque desiderio, aut aviditate Deum sentiendi, eiusve consolationes gustandi, sed in tenebris sedeat, siccitatem, quam patitur, tolerando. Doctrina hæc est Mystici Doctoris Divi Ioannis á Cruce *loc. sæpius cit. cap. 10* Vbi sic ait: *El estilo que han de tener en esta del sentido* (loquitur de purgatione passiva) *es, que no se les dé nada por el*

S. Ioan. à Cruc.

el discurso, y meditacion; pues ya como he dicho no es tiempo de esso sino que dexen estar al alma en su sossiego, y quietud, aunque les parezca que no hazen nada, y que pierden tiempo, y que por su floxedad no tienen gana de pensar alli en nada: que arto haran en tener paciencia, y en perseverar en la oracion. Con solo dexar al alma desembarazada, y descansada de todas las noticias, y pensamientos, no teniendo cuidado alli de que pensaràn, ni meditaràn, contentandose solo con vna advertencia amorosa, y estàr sin cuidado, sin eficacia, y sin gana demasiada de sentirle y gustarle: porque todas estas pretensiones inquietan, y distrahen al alma de la sosegada quietud, y ocio suave de contemplacion, que aqui se dà.

S. The. Consonat Seraphica Doctrix Theresia *cap. 21. Viæ perfect.* vbi sic inquit: *Importa no hazer caso de sequedades, sino antes determinarse, que aunque esta sequedad dure toda la vida, no tiene de dexar caer à Christo con la Cruz. Desuerte, que aunque en la oracion se halle seco sin jugo no se desconsuele...... Pues el que vè, que en muchos dias no ay sino sequedad, y disgustos, y desabor, que aun vn buen pensamiento no se puede tener, y tan mala gana, aun para venir à oracion..... En tal caso se alegre, y consuele, y tenga por gran merced trabajar en servicios de tan gran Señor, pues sabe le contenta en aquello.* Et *cap. 11. suæ vit.* de his loquens tribulationibus ait: *Comiençe á no se espantar de la Cruz, y verà como se la ayuda à llevar el Señor, con el contento que anda, y el provecho que saca de todo..... Esto no lo digo tanto por los que comiençan; aunque les importa mucho començar con esta libertad, y determinacion; si no por los que ha mucho que començaron, y nunca acaban de acabar; y creo es gran parte este no abraçarse con la Cruz desde el principio.*

19 Dices: Quomodò iusti poterunt consolari, dùm sic tribulantur, cùm ex ipsa passiva purgatione oriatur iudiciũ, quo certè credunt se in peccatorum suorum pœnam talia pati, nihilquè in ipsis esse Deo placitum? Quomodò similiter huic passioni conformabuntur, quam iudicant non bonam, sed potiùs pœna dignam?

Fatcor quòd in hac re maxima requiritur in directore prudentia, plurimumquè aliqualis intercsset experientia, sed hæc generalia præcepta communitèr prosunt: nempè vt patientèr, & suavitèr discipulus instruatur, ei ostendendo quomodò pati peccatum non sit. Quomodò Deus similibus pressuris, & laboribus etiam Sanctos exerceat. Quomodò etsi in pœnam peccati,

aut negligētię precedentis Deus ipsam obscuritatem permittat, tenebra tamèn ipsa peccatum non est. Quin potius eximij meriti origo, & causa, si patienter feratur. Similitèr vt certò credant se à Deo non esse separatos, aùt derelictos, sed tùnc maximè Deum illis coniunctum esse, cùm tribulantur: iuxta illud Psalm. 90. v. 15. *Cum ipso sum in tribulatione.* Et tandèm quod si Scripturæ Sacræ, Sanctisquè Patribus fides adhibenda est, Deus quos diligit corripit. Et vt canit Ecclesia in 5. Responsor. de communi Martyr. ex Scriptura desumpto: *Tanquàm aurum infornace probavit electos dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum, quoniam donum, & pax est electis Dei. Qui confidunt in illum intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi.* Cuncta igitur in pace terminabuntur si cum Beato Iob 13. v. 15. ex corde dicant: *Etiam si occiderit me sperabo in eum.*

Psalm.

ARTIC. V.

Vtrùm sit assignabile tempus, duratiove huius purgationis partis sensitivæ?

20 NOn omnibus idem tempus ad passivam purgationem necessarium est. Si enim, qui activa purgatione per virtutum exercitia, vel perfectionis status ratione à pluribus liberi inveniuntur vitijs, citiùs in hanc obscuram ingrediuntur noctem, citiusquè in illa purgati ad contemplationis lumen pervehuntur. Doctrina est Sanctissimi Parentis Ioannis à Cruce *lib 1. noctis obsc cap. 8.* his verbis: *A la gente recogida acaece mas en breve despues que comiençan, mas que à los demas; porque como estan mas libres de las ocasiones para bolver atrás, y reforman mas presto los apetitos de las cosas del siglo, que es lo que se requiere para començar à entrar en la feliz noche del sentido ordinariamente no passa mucho tiempo.* Ergo è contra, ij, qui à secularium rerum ferè liberi, & puri reperiuntur, breviùs in hac obscura nocte purgantur.

S. Ioan. à Cruc.

21 Hinc titulo quæstionis directè respondetur; non posse certum tempus præfiniri ad passivam purgationem sensus. Tùm ex parte animæ, tùm ex parte Dei ipsam animam purgantis, & ad æternam vitam medio hoc exercitio perducentis. Ex parte quidèm animæ patet non posse pro cunctis idem determinari tempus. Pro diversitate enim dispositionum, sive affectionum, diversa debet esse duratio. Plerìquè namquè sunt, vel naturaliter ad malum proni, quia superbi, vel luxuriosi, iracundi

molles,

molles, &c. Vel saltim quia in vitijs enutriti altam in ipsis adversæ cupiditates fixere radicē. His igitùr diuturna opus est purgatione, vtpote in quibus purgationis ignis magis invenit, quod absumat. Ijs verò, qui vel per virtutum exercitia, vel per naturalem dispositionem ab huiusmodi vitijs liberi existunt, brevior ob oppositam rationem sufficit purgatio.

Ex parte autèm Dei purgantis eadem in duratione probatur differentia: vnica sola voce Saulum ex persequtore Apostolum effecit, multiplici calamitate, diuturnaquè passione Iobum purgavit. Ad maius nāquè patientis meritum altissima Dei providentia tàm longam experientiam, tamquè diram probationem disponit. Sic de Seraphica Matre Theresia Ecclesia tenet: *Per duo de viginti annos gravissimis morbis, & varijs tentationibus vexata cōstantissimè meruit in castris Christianæ pœnitentiæ, nullo refecta pabulo cœlestium carum consolationum, quibus solet etiā in terris sanctitas abundare.* *Eccles. in offic.*

22 Quæres: quomodò cognoscatur animam ab statu purgationis passivæ iam exisse? Respondetur hoc certè, & infallibiliter non posse cognosci, sunt tamèn aliqua signa ad id dignoscendum, quorum præcipuum affert Mysticus D. D. Ioannes à Cruce *vbi sup. cap.* *S. Ioan. à Cruc.* 13. in fine his verbis: *En sossegandose por continua mortificacion de las quatro passiones el alma, que son gozo, dolor, esperança, y temor, y en durmiendose en la sensualidad por ordinarias sequedades los apetitos naturales, y en alçando de obra la harmonia de los sentidos, y potencias interiores, cessando de sus operaciones discursivas como avemos dicho, la qual es toda la gente, y morada de la parte inferior del alma: ellos no pueden impedir esta espiritual libertad, y queda la casa sossegada, y quieta, como lo dize el siguiente verso:*

Sali sin ser notada,
estando ya mi casa sossegada.

23 Sed nèc ita intelligenda est cessatio hæc ab omni motu passionum, & operationum discursus, & sensus, vt nullus extra statum passivæ purgationis esse intelligatur, qui vel transeunter passionū experiatur motus. Nàm vt benè D. August. *serm* 34. de Verbis Domini, etiàm in sanctis impossibilis est totalis passionū extinctio, nisi ex specialissimo privilegio, nulli vnquàm, (B. V. Maria excepta) concesso. Hinc est etiam perfectissimos multoties saltim transeunter in hac obscura nocte purgari ab insurgentibus motibus: *Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio* Sanctissimus Iob aiebat, licèt *Iob.*

enim sanctus, huius tamèn obscuræ noctis patiebatur tenebras. Plerunquè etiàm varijs tentationibus, & afflictionibus animas vexatas vidimus. Testatur dira illa vexatio, qua per quinquennium velùt aurum in fornace probata est. S. Maria Magdalena de Pazzi: vt refertur in eius vita *cap.* 38. ¶ Incipientibus etiã ex opposito Deus misericorditèr, dùm in hac purgatione existunt, nonnullas concedit consolationes, nè nimio labore pressi deficiant in via: ergo nequè ex tentationibus, nequè ex consolationibus certa regula desumi valet ad dignoscendum sit necnè anima intrà, vel extrà passivam purgationẽ. Sed hoc ampliùs infra patebit, dùm de purgatione partis intellectivæ sermo sit.

ARTIC. VI.

Vtrùm purgatio passiva partis sensitivæ varijs tentationibus perficiatur.

24 HVic quæsito responsum præbet devotissimus Taulerus *serm.* 1. *de Sancto Augustino*, his verbis: *Hoc est quod Hieremias cap.* 15. *ait: A facie manus tuæ solus sedebam, quoniàm comminatione replesti me. Quid est hoc charissimi? advertite. Vbi quis ad hanc pertingit quietem, & intra se ipsum in fundum suum* Tauler. *pervenit, comminatione, & terrore replet eum Dominus, tanquàm si vtroque illi pugno minetur. Et alter quidèm pugnus est caligo, & tenebræ, & profundum, ac desolatum iter, quæ illi intus occurrunt, ita vt nihil sciat, nihil habeat, & insupèr adhùc omne malum: vehementissimæ quoquè tentationes superbiæ luxuriæ, perfidiæ, seu infidelitatis, & aliæ plurimæ, ac diversæ impugnationes, quæ omnia se iam pridèm evasisse, ac superasse credebat, rursus in eum irruunt, & fortiter impugnant.* Vt ergo ad singulas tentationes descendamus.

25 Dico primò: frequens est viros spirituales in hac passiva purgatione tentationes Dæmonum multipliciter experiri. Aliquandò enim in Angelum transformantur lucis, quo animam ab incepto itinere avertant. Aliquandò suggestionibus contra divina præcepta aggrediuntur, quibus si vincatur anima, statim ad exteriora convertitur. Plerunquè etiàm horribilibus apparent figuris, minacia proferunt verba, sæpiusquè flagella, & vulnera corpori infligunt, vt vel sic ab arrepta via anima recedat, in qua tòt patitur bella, tòt imminent pericula, tòt experitur labores. Expertum audi V. M. Ioannem de Avila, *lib. de loquut. divini amoris cap.* 9. *Despues que ha visto que por astucia no nos ha podido* V. M. Ioã. de Avila.

vençer, por estar enseñados con la verdadera doctrina Christiana, que nos enseña à ponernos en el justissimo querer del Señor, y sufrir con paciencia lo que nos embia de dentro, ù de fuera, intenta guerra mas descubierta, haziendose leon feroz, el que antes era Dragon escondido. El principal intento del Demonio en esta batalla, es, quitar el esfuerço del coraçon, para que por esta via se dexe el bien començado, el qual èl procura tomando algunas vezes figura de Dragon, ò de Toro, ò de otros animales y estorvando la oracion con estruendos, y impidiendo el reposo del sueño, como al Santo Iob se le hazia, echando vn entrañable temor al hombre, que aunque sea esforçado le haze temblar, y otras vezes sudar con angustias, y cosas semejantes à estas.

His frequentèr iungitur interior inquietudo animi ab ipso Dœmone causata, inter hæc omnia præcipuum malum. Ità testatur alma Mater Theresia: *lib. suæ vit. cap.* 31. his verbis: *Otra vez me estuvo atormentãdo cinco horas con terribles dolores y desasossiego interior, y exterior, que no me parece se podia ya sufrir. Eran grandes los golpes, que me hazia dar, sin poderme resistir, con cuerpo, y cabeça, y braços: y lo peor era el desasossiego interior, que de ninguna suerte podia tener sossiego.* *S. The.*

26 Dico secundò: si Dœmonis impugnatio fraudulenta est, vt quãdò in Angelum transformatur lucis, duo remedia adhibère expedit. Primùm vt visionem, aut loquutionem statim suo directori manifestam faciat, nihilquè absquè ipsius consilio, aut operetur, aut credat. Secundùm vt visiones, aut revelationes non admittat, nequè eis assensum præbeat, sed ad Deum, vel ipsius vices gerentem pro sui spiritus directione, & custodia recurrat. Hoc suadet V. M. Ioannes de Avila *tract. in illud. Audi filia cap.* 51. vbi sic ait: *Si os vinieren sin quererlas vos* (loquitur de visionibus, & revelationibus) *temed, y no les deis credito; mas recurrid luego à nuestro Señor, suplicandole no sea servido llevaros por este camino, si no que os dexe obrar vuestra salud en su santo amor, y camino ordinario, y llano de los que le sirven.* Sed de hoc latiùs infrà, dùm de revelationibus, & visionibus sermo fiet. *V. M. Avila.*

27 Dico tertiò: Si Dœmon tantùm horrores, & timores incutiat, varias mutatus in formas, ipsum spernere oportet. Spretus namquè vires amittit, vt testatur Seraphica Doctrix N. Theresia *lib. suæ vit. cap.* 31. inquiens: *El siervo de Dios se le dè poco destos espantajos, que ellos ponen para hazer temer: sepan, que cada vez que se nos dà poco de ellos, quedan con* *S. The.*

menos

menos fuerças, y el alma muy mas señora. Cuius doctrinæ ratio est, quod cum Dæmon sua malitia superbus sit, parvi pendi non patitur, vndè, & spretus aufugit. Econtra verò si timeatur, superioritatem quandam agnoscit, terriculaméntisquè metum augescit, quo superior magis, ac magis appareat. Si tamèn horroribus, terroribusquè, ac minis verbera, & plagas adjiciat patientia superandus est. Cùm enim videat animam ex illo martyrio vberrimùm fructum percipere, né talem assequatur profectum, sibi ipsi inimicus desistet. In patientia igitùr quisque possidebit animam suam. Toleret ergo, certo sciens quòd cum ipso Dominus in tribulatione est: eripiet eum, & glorificabit eum.

ARTIC. VII.

Vtrùm purgatio passiva partis sensitivæ perficiatur tentatione contra castitatem?

28 DVplex est personarum genus, quarum castitas in hac passiva purgatione adversis, plerunquè tentationibus oppugnatur. Primum est earum, quæ antè conversionem luxuriosè viventes, in plura contra castitatem peccata prolapsæ sunt. Per oppositum aliæ, quæ nunquàm venerea expertæ, post quàm perfectionis viam sunt aggressæ, venenatis iaculis libidinis impetũtur, præcipuequè dum actualiter spiritualibus vacant exercitijs. Quo supposito.

29 Dico primò: Ij qui ad vitã spiritualem è venereis voluptatibus convertuntur, hac contra castitatem perficiuntur tentatione. Frequentér enim impugnato eorum proposito, si viriliter pugnent, crebras ex inimico reportant victorias, proindequè quo magis ab antecedenti alliciuntur voluptate, eo magis rebellis subjicitur appetitus. De hac purgatione sic loquitur N. Philippus à SS. Trinit. *loc. sæpius cit. discurs. 2. art. 1. Tentatio contra castitatem est penè purgatio vniversalis incipientium, amara quidem sed efficacissima ...... Quia per illum se coràm Deo credunt reddi abominabiles, & exosos.* *Philip. à SS. Trinit.*

30 Caveant tamèn solicitè, qui spirituali militiæ dedére nomen, ne occasionibus, etiam remotis immisceantur. Nihil inspiciant, legant, auscultentur, aut ex proposito cogitent, quòd vel remotè huic tentationi fomitem præbeat. A mulierum præcipuè familiaritate abhorreant, consilium sequentes Augustini, qui apud Philippum à Trinitat. *vbi sup.* sic ait: *Gravem inimicum sortita est castitas, cui non solùm resistendum, sed dimisso freno longius fugiendum: nec eo minus fugiendæ sunt, quæ reli-* *D. Augustin.*

giosæ

gloſa videntur, quandò quantò religioſores, tantò citiùs alliciunt, & ſub prætextu pietatis latet viſcus libidinis: experto crede, expertus loquar, coràm Deo non mentior: Cedrus libani duces gregum ſub hac peſte cecidiſſe reperi, de quorum caſu non magis ſuſpicabar, quàm de Ambroſij, vel Hieronymi impudica turpitudine.

31 Dico ſecundò: Etiàm nonnulli, qui nunquàm venerea ſunt experti, dùm in hac purgatione paſſiva examinantur, frequẽtèr carnis ſtimulis pungunturadeò vt nulla penè elabatur dies, qua crebra non cogantur ſubire venerea prælia. Moleſtiſſima illis obſcœna cogitans imaginatio, ſenſibilis delectatio dira. Sed nequè in ijs peccant, ſi fortiter dimicent. Quid de Maximo Eccleſiæ Doctore D. Hieronymo dixerim, quid de Beata Catharina Senenſi, quid de alijs, quorum propoſitum, ſanctitas, & puritas ab Eccleſia commendatur? Numqnid quia tentati peccaverunt? Abſit: ſed agonem ſuum patienter ſufferẽtes, fuit illis ad coronam, quòd, ſi aſſenſiſſent, ad culpam fuiſſet, & pœnam.

32 Dico tertiò: Quandò ſpiritualis Magiſter in huiuſmòdi tentationem diſcipulum abſque voluntate incidiſſe cognoverit, hanc antydotum libidinis opponat veneno. Vt primò ſciat, certoquè noſcat nullum ſine voluntate eſſe peccatum, iuxta illud Auguſtini, iàm commune proloquium: *Peccatum adeò eſt voluntarium, quod ſi voluntarium non eſt, peccatum non eſt.* Vt noverit ſecundò huiuſmodi periculoſa prælia melius fugiendo, quam aggrediendo vinci, quapropter cum impudicos ſenſerit motus, imaginationemquè impura cogitantem, fortiter, & ſenſim in meliora divertat, & quàſi per artem ab obſcœnis ad indifferentia, ab his ad recta deducat. Conſilium eſt devotiſsimi Gerſonis, *tom. 2. tract. de præparat. ad miſſ.* vbi ſic ait: *Cogitationes carnales, & fluxus indè ſequentes abſquè conſenſu voluntario vincuntur, plerunquè ſalubrius, tutius, & efficacius, ſi ratio ſe habeat circa illas per modum non curantis, vel divertentis voluntatem ad alia, quàm ſi ſolicitetur, triſtetur, turbetur, & conetur tales expellere.* Eundem præliandi modum docet D. Thom. *2. 2. q. 64. art. 3. ad 2.* vbi ait: *Corruptio fomitis non impedit quin homo poſsit reprimere ſingulos motus inordinatos, divertendo cogitationem ad alia.* Obiectum autèm in quod ratio convertenda eſt vltimatè, vt ab iſtis impuris cogitationibus quis liber evadat, communiter aliquid ad vitam, & paſſionem Chriſti pertinens, cuius ſanguis emundat noſtra delicta, eſſe debet. Proficit, & quatuòr noviſſima meditari. Sed præcipuè

S. Auguſtin.

Gerſ.

D. Th.

puè divina est exoranda clemētia, vt gratiam conferat, qua patiens tentationi resistat.

ARTIC. VIII.

Vtrùm Purgatio passiva partis sensitivæ alijs tentationibus perficiatur?

33 DIco primò: Anima, quam Deus ad altissimam perfectionem efferre decrevit, interdùm varijs tentationibus purgatur: Quarum prima, & frequentior est hominum persequtio. Sæpissimè enim iniusti iustos persequūtur: plurima de hac re in Sacra Scriptura suppetunt exempla. Sed nequè dirior ista persequtio; acerbior est equidèm illa, qua à iustis iustus vexatur, quæ nequè rarò contingit. Seraphica Mater diù est experta Theresia, cuius acerbitatem, vel post elapsam miseranda gemit. Ast quid si, & Prælati Religionis zelo subditi virtutem criminentur? Hic opus, hic labor est. Tunc enim si humilis sit subditus scrupulis incipit anxiari, se vel in bonis deceptum esse formidat, devium existimat arreptum perfectionis iter, exercitia vel ex obedientia assumpta, exosa Deo dijudicat. Quid plura? sœva tùnc experitur divina manus, sed proficua, hoc enim medicamine elationis, & superbiæ vulnera curantur. Beati illi, ac si patienter tolerent, tèr beati, persequtionem enim patiuntur proptèr iustitiam. Vndè ipsorum est Regnum Cœlorum.

Secunda tentatio est amicorum, & consaguineorum desertio. Vnde Psal mista Psalm. 87. v. 19. *Elongasti à me amicum, & proximum.* ¶ Tertia honorum, atquè dignitatum privatio. Quarta bonorum iactura, vt scilicèt ex divite pauper fiat. Quinta salutis defectus, quo sibi ipsi molestus sit, cùm nèc sibi subvenire valeat. Vndè, & vita carere multotiès exoptet. Sexta deniquè á charissimis probra, contumeliasquè audire, quas omnes tentationes Beatum Iob fuisse passum ex ipsius constat historia. Recesserunt amici, & oppositi facti sunt. Ex solio ad solum ex trono ad sterquilinium descendit, pro purpura saniem induit, pro odoribus fœtorem habuit, pro famulis vermes, ex divite pauper, ex robusto infirmus, ex dilecto invisus, ac deniquè ab vxore, quæ sola solatio esse poterat, sannas, & probra frequenter audiebat. ¶ Plures alias manumitimus tentationes, brevitatis causa, hanc vnam tacere non patiar, quæ tantò dirior, quantò sub specie virtutis vehementiùs torquet: scilicèt scrupulorum multiplicitas, quæ adeò vexare solet conscientias, vt in amentiam, plerumquè inclinet. Huic malo medendo remedia deserviunt, quæ affeŕūtur Psalm.

à

à Theologis moralibus, agentibus de conscientia scrupulosa.

34 Dico secundò: Generaliter pro omnibus tentationibus vincendis, quæ his spiritualibus personis evenire solent, prosunt documenta Divi Augustini *tom. 9. tract. de Restitut. Catholic. conversat. pag. mihi 446. columm. 2. Lit. B. & C.* quę quidem tradit his verbis: *Nec vos deseret misericordia Dei, quia verũ est, quòd propheta canit: sperantes in Domino misericordia circundabit. Sed cum hæc omnia auxiliante Domino impleveritis, scitote quia hoc molestè accepturus est Diabolus, quod videt vos à societate sua discedere, & ob hoc fortassè aliquas nequitias, aut infirmitates vobis immittet. Nolite proptèr hoc desperàre, quia ad vos probare, permittit Deus hoc fieri, vt cognoscat si ex toto corde vos ad eius misericordiã tenetis; vel si veraciter in eum credatis. Sed vos cuncta patientèr sufferte, & Deum in omnibus benedicite, vt in vobis possit impleri, quod scriptum est: Beatus vir, qui suffert tentationem. Consoletur vos, & hoc, quod dicit Apostolus: quia cum tribulamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Nec non, & illud: Flagellat autèm Dominus omnem filium, quem recipit. Et illud: quos Deus amat, corrigit, & castigat. Quòd si semel, vel bis nequitias, quas immittit viriliter atquè fideliter sustinueritis pro Dei amore, ita ipsum Dominus à vestra infestatione dignabitur expellere, vt vlterius vobis numquàm possit nocere. Itaquè si veri, & non falsi Christiani estis, diabolicas circumventiones fugite, & despicite, & quæcumque adversa vobis inimicus immiserit patiëtèr, & fortitèr toleretis.*

Div. Aug.

35 Facit, & illud Divi Bernardi super Psalm. *qui habitat serm. 16.* Vbi de his tribulationibus differens ait: *Vtilis tribulatio, quæ probationem operatur, ducit ad gloriam: Cum ipso sum, inquit, in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum .... Momentaneum hoc, & leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Non dixit remunerabitur; sed æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Latet gloria fratres mei .... Omne gaudium existimemus, cum in varias inciderimus tribulationes: dicamus ex animo, dicamus ex sententia: bonum magis ire ad domum luctus, quam ad domum convivij. Cum ipso sum in tribulatione, ait Dominus, & ego interim aliud requiram, quàm tribulationem? Mihi autèm adhærere Deo bonum est: non solum autèm; sed, & ponere in Domino spem meam, quia eripiam eum, inquit, & glorificabo eum. Cum*

S. Bernard.

ipso sum in tribulatione. Delitiæ meæ, inquit, esse cum filijs hominum. Emmanuel, nobiscum Deus..... Bonum mihi Domine tribulari, dummodò ipse sis mecum, quàm regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Bonum in tribulatione magis amplecti te, in camino habere te mecum, quàm esse sine te, vel in Cælo. Hæc D. Bernardus, & alia plura, quibus tribulatus animus consolatur. Videantur, quæ apud DD. Mysticos, & SS. Patres præcipuè Ludovicum Blosium, & Granatensem ad rem pertinent, quæquè nos ex alijs Patribus diximus toto *lib. 2.* nostri Manualis Patrum spiritualium.

QVÆSTIO SECVNDA.

DE PROXIMIORIBVS DISPOSITIONIBVS ad contemplationem acquisitam.

AD introductionem formæ in quocumque ordine duplex concurrit dispositionum genus. Aliæ enim sunt antecedentes, quæ rursus in proximas, & remotas bipartiuntur; aliæ concomitantes, quæ regulariter in eodem sunt instanti, quo forma introducitur. De dispositionibus remotis antecedentibus egimus toto tract. 1. & q. anteced. licèt nonnulla proptèr doctrinæ connexionem in præsenti dicemus. De concomitantibus agendum est infra: Quare ad præsentem quæstionom tantùm attinet de dispositionibus antecedentibus prpximis ad contemplationem agere. Pro quo sit.

ARTIC. I.

Vtrùm per exercitium præsentiæ Dei disponatur anima ad contemplationem acquisitam?

1 DIco primò: Per studiosam Dei præsentiã optimè disponitur anima ad contemplationem divinorum acquirendam. Ratio est: quia contemplatio, vt posteà dicemus, est divinæ veritatis simplex intuitus: atqui nullum est efficacius mediũ, & proximius ad huiusmodi simplicem intuitum acquirendum, quàm assi-

duo

duo divinorum investigatio, ad Deumquè attentio, quae medio fit studioso praesentiae Dei exercitio; ergo hoc exercitium maximè disponit ad contemplationem acquirendam. *Studiosam* dixi Dei praesentiam. Nàm Deus naturaliter est omnibus praesens per immensitatis attributum, omniaqué suae scientiae praesentia sunt in aeternitate, sive nobis praeterita, sive futura illa sint; sed haec praesentia naturalis est, non mystica, & studiosa, quaequè proindè non sufficit ad contemplationis acquisitionem: illa igitur ad hoc requiritur praesentia Dei, qua quis speciali studio, & attentione se in conspectu Divinae Maiestatis considerat, vtquè taliter praesens operatur. Ideoquè aiebat Psalmista. Psal. 15. v. 8. *Providebam Dominũ in conspectu meo semper, quoniàm à dextris est mihi nè commovear.* *Psalm.*

2 Dico secundò: Huiusmodi exercitium diversum esse solet iuxtà diversitatem personarum. Imò ab eodem pro diversitate status diversimodè exercetur. Vndè N. Mysticus D. in declarat. *cantion.* 11. ad illud: *Descubre tu presencia*, sic ait: *La tercera presencia es por afficion espiritual, porque en muchas almas devotas suele Dios hazer algunas presencias de muchas maneras.* *S. Ioan. à Cruc.*

Diversitàs haec in hoc consistit. Primò enim qui nupèr viam perfectionis ingressi sunt, quiquè rebus spiritualibus, & intellectualibus non sunt assueti, imaginaria Christi Sanctorumvè praesentia proficere solent, imaginando videlicèt aliquod sacratissimae passionis mysterium, cum Magdalenaquè secus pedes Domini sedentes audiunt verbum illius, pro viribus ei attendentes. Modus iste licèt incipientibus expediens sit, prudenter tamèn, magnaquè cum moderatione est exercendus, ne ex vehementi apprehensione defatigatum caput, patiatur indè detrimentum. Nec in huiusmoòdi repraesentatione prolixius quis investigare debet particularitates aliquas, licèt devotionis motivo: plerumquè enim inimicus homo bonae cogitationis semini zizaniam superseminare solet, diversas, nequè vndequaquè bonas repraesentationes imaginationi immitendo.

Sunt, & alij, qui vberiorem experiuntur fructum, Deum in omnibus creaturis considerantes, in ipsisquè ad Creatoris laudem, aliquam, vel in minutissimis, perfectionem divinã splendescere. Nonnulli etiam semetipsos intra ipsum Deum, quàsi intra immensum aquarum pelagum se considerant, cuius immensam vastitatem quaquaversum euntes, aut redeuntes effugere nequeunt, nequè volunt.

Tertiò, & meliùs alij qui iàm in spiritualibus profecerunt exercitijs, intellectuali Dei præsentia frequentius exercentur: attentione videlicèt intellectuali ad Divinitatem in se ipsa, qualiter fides credendam proponit, in ipsamque totum suum affectum dirigunt. Quo sensu David Ps. 37. v. 10. aiebat: *Domine ante te omne desiderium meum.* Psalm. Modũ huius intellectualis præsentiæ, etiam respectu humanitatis Christi Domini, explicuit Seraphica Doctrix nostra Theresia *lib. suæ vitæ cap. 9.* his verbis: S. The. *Yo solo podia pensar en Christo como hombre, mas es assi, que jamas le pude representar en mi, por mas que leia su hermosura, y veia imagines, sino como quien està ciego, ò à escuras, que aunque habla con alguna persona, y vee que està con ella, porque sabe cierto que està alli; digo, que cree, y entiende que està alli mas no la vè.*

3 Dico tertiò: hic vltimus modus præsentiæ Dei maximè disponit ad contemplationem acquirendam: expeditquè maximoperè ijs qui iam sunt in purgatione passiva sensus, de qua *quæst. anteced.* egimus. Cuius ratio est: quia obiectum huius intellectualis præsentiæ Dei minus habet de materia, magisquè accedit ad id, quod est divina veritas. Nàm iuxta sententiam Mystici Doctoris nostri: quidquid sensibiliter percipitur, aut imaginatur Deus nõ est, licèt aliquid à Deo derivatum sit. Vndè in illud cantionis primæ: *Adonde te escondiste.* Sic ait: *En lo qual se dà à entender, que si el alma sintiere gran comunicacion, ò sentimiento, ò noticia de Dios,* (sensibilitèr videlicèt) *no por esso se ha de persuadir à que aquello es tener mas à Dios, ò estar mas en Dios; ni tampoco que aquello q̃ siente, ò entiende es essencialmente Dios, aunque mas ello sea.* S. Ioan. à Cruc.

In hac Dei præsentia iàm iàm ad simplicem accedit intuitum, poteritquè facillimè ad quietam pervenire contemplationẽ, iuxta ea, quæ dicenda sunt. Vidi plerosquè; qui ex huius exercitij frequentia, etiàm inter ipsos mundi tumultus nunquàm, aut ferè nunquam ab eodem exercitio desistunt, suam voluntatem, & desideria vnicè in Deum dirigentes, à quo nec in minimo recedunt, cum Psalmista dicentes Psal. 72. v. 22. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Psalm.

ARTIC. II.

Vtrùm animum ad contemplationem applicare oporteat antè meditationis exercitium?

4 R. P. Fr. Petrus Pontius Legionensis Or- F. Pet. Ponze de Leõ.

P. Marti. Zearrote. Ordinis SS. Trinitatis de Observantia in *lib. de Miraculis, & laudib. B. V. Mariæ de Texeda cap. 2. & 3.* Et P. Martinus de Zearrote Libello, cuius titulus est: *Dios contemplado, y Christo imitado*, docent quòd etiam incipientes, & qui nullum meditationis habuerunt exercitium, statim ac viam perfectionis aggrediuntur, in quodam actu fidei ponendi sunt, vt in simplici Dei intuitu, & contemplatione absquè vlla consideratione, & discursu, aut imaginaria meditatione divinam illuminationem expectent: suumquè dicendi modum SS. PP. Doctrina probare contendunt. Sed hæc sententia in sola Sanctorum sinistra intelligẽtiã fundari valet, ni fallor. Quaré.

5 Dicendum nobis est: Regulariter, & iuxta ordinariam providentiam nullum ad contemplationem accedere absque prævia meditatione, vel imaginaria, vel discursiva. Ita R. P. Magister Fr. Petrus de Villalobos Dominicanus in *lib. de Praxi orationis mental.* novem alios Auctores pro se efferens. Ibiquè multis probat esse contra rationem, Sanctorumquè Patrum doctrinam, incipientes antè meditationem ad contemplationem elevari. Nobiscum sentiunt omnes domestici Auctores, geminum Carmeli luminare magnum sequuti, Seraphicam scilicet Theresiam, & Mysticum D. S. Ioannem à Cruce: audiamus vtrumque. (*M. Fr. Petrus à Villalobos.*)

Igitur Alma Mater Theresia *lib. sue vit. cap.* 12. sic ait: *De los que comiençan à tener oracion, podemos dezir son los que sacan el agua del pozo, que es muy à su trabajo, como he dicho, que han de cansarse en recoger los sentidos, que como estan acostumbrados à andar derramados, es arto trabajo. Han menester irse acostumbrando à no se les dar nada de ver, ni oyr, y à ponerlo por obra en las horas de oracion, sino estar en soledad, y apartados pensar su vida passada..... Han de procurar tratar de la vida de Christo.* In eundem loquitur sensum B. Ioannes à Cruce *Cant. 3. v. 3. §. 5. Y para que mejor entendamos es de saber, que el estado de principiantes es meditar, y hazer actos discursivos..... Mas quando esto en alguna manera està ya hecho, luego los comiença Dios à poner en estado de contemplacion.* (*S. Thes.* / *S. Ioan. à Cruce*)

Item Dionisius Areopag. *c. 1. de Divinis Nom.* sic ait: ***Nunc autem*** (de statu loquitur in cipientum) *sicut nobis est possibile proprijs quidem ad divina signis vtimur, vt ex ipsis* (idest ex consideratione rerum creatarum, vel imaginaria, vel discursiva) *rursũ ad simplicem, & vnicam intelligibilium miraculorũ veritatem proportionaliter extendamur.* (*Dionys. Areop.*)

Taulerus itidèm *lib. institut. cap.* (*Tauler.*)

cap. 35. Vbi de imaginibus ad meditationem concurrentibus sermonem instituit, ita ait: *Duobus modis imagines abdicari possunt, & fideliter, & noxiè: Si enim priusquā eas plenè cognoscam, bonis imaginibus valefaciam, stolidè, ac noxiè ago. Cur hoc? quia veritas, quæ per quamlibet mihi bonam imaginem innotuisset, cogitationi meæ subtrahitur.* Paulòque post concludit: *Hæ sunt vtilissimæ imagines, fieri quippè non potest, vt ad altiora proficiat, qui non prius has imagines sapienter percurrerit.* Idem docet Henricus Susonius Epist. 10. Sed in longissimum esset abire omnes Auctores hanc sententiam firmantes, & defendentes adducere: videantur apud præfatum Magist. Fr. Petrum de Villalobos.

6 Sed ex oppositæ sententiæ efficaci refutatione, nostræ veritas clarior apparebit. Illa igitùr in primis est rectæ opposita Philosophiæ, quæ in introductione formarum ab imperfecto ad perfectum procedendum esse docet, naturam sequuta, quæ ità procedit. Vt vidère est in plantis, brutis, hominibus, quæ ab imperfectionibus ad perfectas formas deveniunt, alimento vtentia vnicuique formæ proportionato. Vndè nupèr ad fidem conversis aiebat D. Petrus 1. *cap.* 2. *Sicut modo geniti infantes lac concupiscite.* Et Paulus 1. *ad Chor.* 13. *Cùm essem parvulus, loquebar vt parvulus, sapiebam vt parvulus: Quandò autem factus sum vir, evacuavi, quæ erant parvuli.*

D. Pet.

1. ad Chorint.

7 Est deindè prædicta sententia contra bonam Theologiam, docentem inordinatè velle finem, qui media despicit ad ipsum assequendum destinata: vt qui iustificationem quæ à solo Deo est, vellet, quod in se est non faciens. Vndè aiebat D. Thom. 2. 2. *quæst.* 53. *art.* 4. *ad* 1. *Homo si prætermittat, quod potest facere, solum divinū auxilium expectans, videtur tentare Deum.* Velle insupèr vltimam fœlicitatem sinè meritis præsumptio est. Similiter ergò contēplationem velle sine meditatione est velle finē sine medijs, fœlicitatem sine labore. Velle deniquè est perfectam virtutem absquè transitu per imperfectam, quod temeritas vitiosa videtur, iuxtà sententiam D. Thom. 2. 2. *q.* 130. *art.* 1. Vbi ait: *Vitiosum esset, & præsūptuosum quòd aliquis in statu imperfectæ virtutis existens, attentaret statim assequi ea, quæ sunt perfectæ virtutis.* Hūc tandem ordinem procedendi Christus nos docuit, dùm ait: *Petite, & accipietis, quærite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis.* Quasi dicat: vt accipiatis, *Petite.* Vt inveniatis, *quærite*, vt aperiatur vobis, *pulsate.* Quæ omnia cōpendiarie

D. Th.

Psalm. rié docet Psalmista Psal. 33. v. 15. inquiens: *Diverte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & persequere eam.*

8 Dices: qui actu fidei mysteria credit divina, ea simplici intuitu coetemplando, quærit, vt inveniat; neque aliquid aliud requiritur per se loquendo ad contemplationem, quám veritates divinas credere: ergo non erit contra bonam Theologiam, statim simplici intuitu veritaté divinam per fidem contemplare.

Respondetur: Fidem, prout est idem quòd credere, pertinere ad simplicem appræhensionem, quæ est prima intellectus operatio, quam immediatè sequitur iudicium, seu compositio intellectus, qua iudicatur de veritate credita, & tandèm discursus, ponderatione associatus firmat intellectum ipsum, quinimò, & voluntatem in veritate, & proprietatibus obiecti crediti, in eiusque bonitate, & veritate quiescunt. Vndè sicut impossibile naturalitèr est, quód quis assensum tribuat conclusioni, nisi præsupposito discursu, nec discursus esset possibilis sinè iudicio, sicut nec iudicium absquè appræhensione terminorum; sic nec assensus quietus ad perfectiones divinas creditas possibilis videtur sinè discursu meditationis, vel consideratione, & ponderatione, veritatis creditæ, in qua per contemplationem quiescat.

9 Diximus esse *naturaliter*, impossibile; nàm de absoluta dispensatione Dei, & supra ordinem connaturalem rerum, solet Deus hominem, etiam meditationibus non assuetum, ad summum contemplationis apicem elevare. Sed hínc non est generalis regula desumēda, quia nequit cunctis commune esse, quod tàm insolitum reputatur. Sed huic articulo coronam imponat Alma Doctrix Theresia *cap. 22. suæ vit.* his verbis. *Tengo para mi, que quando el alma haze algo de su parte, para ayudarse en essa oracion de vnion* (quæ consistit in contemplatione, vt postea videbimus) *que aunque luego parece le aprovecha, que como cosa no fundada* (idest meditationis fundamento) *se torna presto à caer, y he miedo, que nunca llegarà à la verdadera pobreza de espiritu.* S. Ther.

ARTIC. III.

Vtrùm in creaturis quærenda sit veritas Divina contemplanda?

10 HVic quæsito affirmativè respondet D. Paulus ad Roman. 1. v. 20. Vbi inquit: *Invisibilia Dei per ea, quæ visibilia facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & divinitas.* Vndè Gregor. Nazianzen. Ad Romanos.

zen. *lib. 2. de Theolog.* Clemens Papa *lib.* 8. *Recognit.* Athanasius *orat. contra idola.* Ambros. *Examer. lib. Chrisost. Homil.* 2. *de incomprehensib. Dei.* Cyrillus Hyerosolimit. *Catechef.* 9. Theodoret. *lib.* 4. *de Graecar. affect. curat.* alijquè plures infitos creaturis divinæ maiestatis fulgores, vberrima oratione explicarunt. Vnum pro cunctis afferre sufficiat Ricardum *lib.* 2. *de contemplat. cap.* 17. Inquit: *Imaginatio rationi rerum visibilium formas representat, & ipsam ex earundem rerum similitudine ad invisibilium investigationem informat, quodammodo illuc eam conducit, quò per se ire nescivit. Nunquàm enim ratio ad invisibilium contemplationem assurgeret, nisi ei imaginatio rerum visibilium formas repræsentãdo exhibêret, vndè ad illa similitudinem tráheret, & investigationis suæ modum formaret.*

Ricard

Lib. Sapictiæ.

Huiusmòdi cognitionis gratia pollebat sapiens, qui *lib. Sapientiæ cap.* 7. à *v.* 15. sic aiebat: *Mihi autem dedit Deus ex sententia dicere. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram: vt sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animaliũ, & iras bestiarũ, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum,* demumquè addit, *& quæcumque sunt absconsa, didici,* ac si diceret: cognitis naturis rerum abscondita divinitatis sacramenta didici.

11 Dico secundò: qui ad contemplationem acquirendam creaturarum vtitur cognitione, debet cavère ne in earum cognitione nimis immoretur, ne fortè sensibili earum perfectione, aut delectabilitate illectus ad altiora assurgere nequeat. Vnde aiebat Ricard. *lib.* 2. *cap.* 1. *In tanta visibilium rerum copia, inter tot spectaculorũ genera videat quisque quod eligat: Caveat ne illud antè mentis oculos reducat, vndè cordis sui munditiam polluat. Debet ergò à considerationis suæ respectu voluptatum irritamenta amovère, qui cupit de internæ incorruptionis perpetuitate gaudère.... Ille vanitatis cõtemplationẽ non in vanũ assumit, qui ex eo, quòd in imo respicit, in laudẽ Creatoris assurgit, qui eũ in omnibus operibus suis mirabilem, laudabilem, amabilem reperit.* Ricard

12 Dico tertiò: vt creaturarum contemplatio ad divinam contemplationem vtilis sit, hic modus servari debet: cognita creaturæ perfectione statìm mẽs ad altiora cõsurgat, noveritquè illam esse omnipotentiæ effectũ, vel in minima enìm omnipoten-

tia

tia resplendet, qua sola creatura consistit, qua deficiente, aut non conservante, vel perfectissima creatura abiret in nihilum. Divinam miretur virtutem, quæ non solùm quæ modò existunt, erunt, aut fuerunt, sed, & infinita alia perfectiora efficere valet. Consideretur deindè creatura, vt est participatio perfectionis, & bonitatis divinæ, in qua divina bonitas, ac per consequens amabilitas infinita cognoscitur. Ordo prætereà rerum, in quo apparet divina sapientia. Omnia deindè consideret propter hominem facta, quo divina erga illum benevolentia ostenditur. Hoc totum deniquè factum omninò liberaliter, & absquè hominum merito, quo divina magnificentia resplendet, tantumnè benefactorem poterit quis non amare?

13 Dico quartó: Quandò anima ex his, aut similibus considerationibus vnum, aut alterum Dei attributum altè caluerit, In ipsius contemplatione sistat, ibiquè quantùm possit simplici, ac affectuoso perseveret intuitu, vt sic contemplationi assuescat. Quis secus fecerit se inaniter laborare cognoscat. Quis enim (ait Lactantius *lib. 7. cap. 4.*) *domum ædificat, non solum ædificat, vt tantummodò domus sit, sed vt in ea possit habitari. Qui navim fabricat, non ideò insumit operam, vt tãtùm navis appareat, sed vt in ea navigetur. Item qui vas aliquod instituit, aut format, non propterea id facit, vt tantùm fecisse videatur, sed vt vas illud effectum capiat aliquid necessariũ.* Sic similiter qui considerationi insistit domum fabricare debet, qua habitet, navim, qua naviget, vas quo cœlestem rorem accipiat, quæ omnia contemplatio divina præstat.

Lactãtius.

ARTIC. IV.

Vtrùm aliqua signa sint denotantia meditationis statum esse relinquendum?

14 PRiusquam ad decisionẽ propositi dubij accedamus, nonnulla de consideratione, aut meditatione consequenter ad materiam articuli præcedentis operę pretium tractare duximus. Igitùr post considerationem creaturarum, de qua *artic. præced.* sunt & aliæ considerationes eidem fini, contemplationi scilicet acquirendæ, deservientes, quas sic explicat Taulerus *institutionum cap. 35. Quæ autem* (ait aliquis) *sunt vtilissimæ imagines? Primò quidem vt quis intimo cordis cũ dolore, perfectaque aversione malè transactam, imò, & præsentem malam vitam suam rectè cognoscat. Secundò vt vitæ, & institutionum Salvatoris nostri discat habère notitiam. Tertiò vt eiusdem acerbissimã passio-*

Taulerus.

passionem, ac mortem, ex ineffabili amore susceptam, quantum potest scire conetur. Hæ planè sunt vtilissimæ imagines. Subditque: *Cunctæ imagines percurrendæ sunt recto ordine, videlicèt vt ab infimis ad medias, & à medijs ad supremas conscendam, quo nulla me veritas subterfugiat.* Vtendum igitur est imaginibus, obiecta repræsentantibus, quibus meditatis devotionis ignis exardescat. Hinc errat Michael de Molinos, dum propositione 18. ait: *El que en la oracion se sirve de imagines, figuras, especies, y de conceptos proprios, no adora à Dios in spiritu, & veritate.* Quàm propositionem, cum alijs eiusdem Authoris merito, vt hereticam damnat Sacrum Inquisitionis Tribunal; errorem namquè Iconoclastarum confirmat, aut eidem subscribit.

Mich. de Molin.

15 Hoc supposito dicendum est, aliqua esse signa denotantia relinquendam esse meditationē, & post ipsius exercitium, ad contemplationem animum applicandum. Tria enumerat Taulerus vbi suprà his verbis: *Tria sunt, ex quibus adverti potest quandò iam dictæ imagines abdicandæ sint, ne vel citiùs quam oportet repudientur, vel nimis diu eisdem inhæreatur. Primùm est quandò quidquid vnquam auditu percipimus, vel intellectu cum tædio recipimus. Secundùm quando quidquid audimus, vel intelligimus nulla nos delectatione afficit. Tertiùm cum intra nos esuriem, desideriumquè summi boni illius, quod tamen apprehendere non valemus, magis, ac magis crescere sentimus, ita vt dicamus: Domine Deus meus vltra iam procedere nequeo; orare meum est, annuere tuum.*

Taulerus.

Prædicta tria signa clariùs expressit SS. P. Ioannes à Cruce in ascensu Montis Carmeli, lib. 2. cap. 13. dicens: *La primera señal es ver en si, que ya no puede meditar, ni obrar con la imaginacion, ni gusta de ello como antes solia: antes halla ya sequedad, en lo que solia fixar el sentido, y sacar jugo. Pero en tanto que le hallàre, y pudiere discurrir en la meditacion, no la ha de dexar, si no fuere quando su alma se pusiere en la paz, que se dirà en la tercera señal.*

S. Ioan. à Cruc.

La segunda, es, quando ve, que no le dà ninguna gana de poner la dicha imaginacion, ni el sentido en otras cosas particulares exteriores, ni interiores. No digo que no vaya, y venga (que esta aun en mucho recogimiento suele andar suelta) sino que no guste el alma de proposito de ponerla en otras cosas.

La tercera, y mas cierta si el alma gusta de estarse à solas con atencion amorosa à Dios, sin particular consideracion, en paz interior, quietud, y descanso,

so, sin actos, ni exercicios de las potentias, memoria, entendimiento, y voluntad, à lo menos discursivos, que es ir de vno en otro, sino solo en la noticia, y advertencia general amorosa, que deximos.

Estas tres señales ha de ver en si juntas, por lo menos el espiritual para atreverse seguramente á dexar el estado de meditacion, y entrar en el de contemplacion, y del espiritu.

16 Ratio autèm quarè tria hæc signa simul concurrere debent, est primò: quia hoc quod est non posse imaginatione, & discursu vti potest provenire ex nimia animi distractione, quod tunc ab hoc principio ortum habère dignoscitur, quandò non solùm non discurrit, nec imaginatione vtitur ad divina, sed ad alia varia, & inutilia convettitur. Ideoquè primum signum sine secundo non sufficit. Imò nec primum, & secundum sine tertio: quia non posse vti, sicut antea, discursu, & imaginatione in rebus divinis cogitandis, nèc in alijs rebus, si aliàs non adsit simplex, & affectuosa attentio erga Deum, provenire valet ex quodam morbo atrabiliario, aut ex aliquo humore ex corde ad cerebrum ascendente, torporemquè causante, ac operativas facultates velùti ligante, & impediente, quod species quædam maniæ est. Ideoquè si quandò anima nec delectatur in imaginaria, & discursiva meditatione cœlestium, nec etiam si velit in alijs quiescere potest, adsit simplex, & affectuosa attentio ad Deum, certissimum signum est statum meditandi opportère relinqui, atquè ad contemplationis statum transitum facere. Quod totum est expressa doctrina Mystici Doctoris nostri *loc. citat.*

Hic quærendum erat de tempore, quo duraturus est status meditandi? Cui respondeo non posse certam, & vniversalem durationem præfiniri. Nam cum meditatio ad notitiam veritatis capessendam ordinetur, voluntatemquè movendam, hocquè viri docti, & religiosi faciliùs vt in plurimum assequantur nequit pro cunctis certa regula statui, nisi quòd prudentis Magistri arbitrio quisque submittatur.

ARTIC. V.

Vtrùm omnimoda perfectio exigatur pro transitu de statu meditandi ad statum contemplandi?

17 HVic quæsito negativé respondeo, non requiri scilicèt omnimodam perfectionem in statu meditandi consequutam, ad hoc vt de consilio spiritualis Magistri relinqui possit, & ad contemplationem transitus fieri, & ratio est manifesta: Nàm status meditandi ex

sua ratione est status imperfectus, quiquè relinquendus est pro alio perfectiori: ergo cum imperfectione compatibilis, vtpotè ad perfectionem acquirendam ordinatus: ergo compatitur cum dispositione ad statum contemplandi aliquas esse imperfectiones statui meditationis proprias, aut non repugnantes.

Deindè: De fide certum est quod *septies in die cadit iustus*. Proverb. 24. v. 16. quod non solùm verificatur de iustis meditantibus, sed etiàm de contemplatívis, ac perfectis, omnis enim perfectio, quam defacto in hac vita cõsequuti sunt sancti (B. V. Maria excepta) compatibilis est cum hac fidei veritate. Ex infirmitate quippè per originale peccatum contracta adeò natura ad malũ prona est, vt per gratiã non totalitèr a fomite peccati liberetur. Vndé Theologi, præcipuè discipuli D. Thomæ constanter defendunt nullũ posse hominem, nisi ex specialissimo privilegio venialia omnia collectivé sumpta vitare. Quinimo temerarium sempèr haberetur asserere aliquẽ, quamtumvis Sanctũ, B. V. Maria excepta, omnia per totam vitam vitasse venialia. Quam Doctrinam apprimè confirmat Sacro-Sanctũ Inquisitionis Tribunal, nuper edito decreto cõtra errores Michaelis de Molinos; dùm propositionibus 56. 57. 58. & 59. errorem damnat

Prov.

prædicti Authoris asserẽtis: per contemplationem, & viam internam ad eum statum animam pervenire, quo non solùm mortalitèr, sed nec levitèr quidèm peccet. Si igitùr vel in ijs, qui altissimam consequnti sunt perfectionem, aliquæ imperfectiones reperiuntur, quidni omnimoda non exigatur perfectio ad transitum de statu meditationis ad contemplationis statum?

18 Dico secundò: Licèt ad prædictum transitum omnimoda perfectio non exigatur, debent tamèn, qui ad contemplationem sufficienter dispositi reputantur, specialissimum habère virtutis studium, firmumquè animum cuncta vitia deserendi, imperfectionesquè vitandi. Vndè in ipsis peccata potius casualia, quàm voluntaria esse, aut cõnaturalia debent. Cuius ratio est quia ad hunc statum pertinet, ipsiusquè proprium est mentem in Deum elevatam pro viribus habére, quia per virtutis exercitium quasi habitualitèr famulatui divino mancipantur: ergò si peccant contra propriam sui status naturam operantur. Vndè explicans Seraphica Doctrix Theresia, regulamque tradens ad dignoscendum quandò hæc peccata venialia sint contra habituale propositũ animæ Deum amãtis, sic inquit: *O Iesus mio, que es ver vna alma, que ha llegado aqui caida en vn pecado, quando vos por vuestra miseri-* S. Ther.

cordia

cordia la tornais à dar la mano! Como conoce la multitud de vuestras grandezas, y misericordias, y su miseria. Aqui es el deshazerse de veras, aqui el no osar alçar los ojos. Cap. 19. suae vitae. Ratio namque reddẽs ex parte Dei permittentis in iustis huiusmodi defectus, inquit Mans. 3. *cap. 2. Muchas vezes para que sus escogidos sientan su miseria, aparta vn poco su favor el Señor, que no es menester mas para que nos conozcamos bien presto. Y luego se entiende esta manera de provarlos: porque entienden ellos su falta muy claramente, y à las vezes les dà mas pena esta de ver, que sin poder ellos mas, sienten cosas de la tierra, y no muy pesadas, que lo mesmo de que tienen pena.*

19 Dico tertiò: Non est cõtra perfectionis statum ad relinquẽdam meditationem, contemplationemquè aggrediendũ, quin potiùs non parum iuvare solet, moderata laetitia, hilarisquè vultus, quamquàm perfectis non ita congruat. Vtrumquè notavit virtutum Magistra Theresia *cap. 42. viae perfect.* his verbis: *Luego os pareceràn imperfectos si tienẽ alegria santa, pareceià disoluciõ..... Assi que hermanas todo lo que pudieredes sin ofensa de Dios procurad ser afables, y entender de manera con todas las personas que os trataren, que amen vuestra conversacion, y deseen vuestra manera de vivir, y no se atemoricen, y amedrenten de la virtud. Assi hijas mias procurad entender de Dios en verdad, que no mira tantas menudencias como vosotras pensais, y no dexeis que se os encoja el anima, y el animo, que se podran perder muchos bienes. La intencion recta, y la voluntad determinada, como tengo dicho, de no ofẽder à Dios, no dexeis arrinconar vuestra anima.*

ARTIC. VI.

Quaenam virtutum exercitia notanda sint in transferendis ad statum contemplationis?

20 Hvius quaesiti resolutioni non parùm iuvat Seraphica Doctrix nostra Theresia, vbi supra, vbi haec habet: *Veis aqui como con estas dos cosas amor, y temor de Dios, podemos ir por este camino sosegados, y quietos, aunq̃ como el temor ha de ir siempre delante, no descuidados, que esta seguridad no la hemos de tener mientras vivimos, que seria gran peligro.* Hinc igitùr potiora signa in transferendis à meditantium statu ad statũ contemplationis sunt *amor, & timor:* amor, quo confidat, timor, quo pericula vereatur. Nequè obest huic amori, & timori si aliquandò ex propria cadat fragilitate, S. Tbe.

litate, iuxta dicta *art. praeced.*

21 Sed plenam huius articuli resolutionem habet D. Vincentius Ferrerius §. Cuius titulus est: *Documentum saluberrimum*, his verbis: *Quindecim sunt perfectiones necessariae personae, quae servit Deo in vita spirituali. Prima est clara, & perfecta notitia suorum defectuum, secunda magna, & feruens indignatio, & impugnantia contra malas inclinationes, & contra suas voluntates, seu passiones rationi repugnantes. Tertia est timor magnus de offensis hactenùs factis contra Deum; nemo enim est certus an benè satisfecerit, nec si cum Deo fecerit pacem. Quarta est magnus timor nè per suam fragilitatem iterum cadat in similia, vel maiora peccata. Quinta est fortis disciplina, & aspera correctio ad regendos suos sensus corporales, & totum corpus spiritui subiugandum in obsequiū Iesu-Christi. Sexta est fortitudo, & magna potentia in tentationibus, & adversitatibus. Septima est vitare viriliter omnem personam, & omnem creaturam aliam, quae impelleret eum, aut esset sibi occasio non solum ad peccatum, sed etiam ad aliquam imperfectionem vitae spiritualis; sicut vnum Daemonem infernalem. Octava est quòd portet in se Crucem Christi, quae habet quatuòr brachia: Primùm est mortificatio vitiorum: secundùm est derelictio omnium bonorū: tertium est derelictio omnium affectionum carnalium parentum suorum: quartum sui ipsius contemptus, & abominatio, & anihilatio. Nona est diutissima, & continua recordatio beneficiorum Dei, quae hactenus recipit à Domino Iesu-Christo. Decima est die, ac nocte stare in oratione. Vndecima est pro viribus gustare, & sentire divinum dulcorem continuè. Duodecima est magnum, & fervens desiderium exaltandi nostram fidem, scilicet quod Iesus Christus ab omnibus timeatur, ametur, & cognoscatur. Tertiadecima est habère misericordiam, & pietatem in omnibus necessitatibus suo proximo, sicut sibi vellet haberi. Quartadecima est regratiari ex toto corde in omnibus Deo, glorificare, & laudare in omnibus Iesum Christum. Quintadecima est quod postquam haec omnia fecerit, sentiat, & dicat: Domine Deus meus Iesu-Christe nihil sum, nihil possum, nihil valeo, & malè tibi servio, & in omnibus servus sum inutilis; Domine miserere mei.* Hucusquè S. Vincentius. Ex quibus constat quae virtutes requirantur, quaequé sufficiant ad hoc vt aliquis à meditantis statu ad statum contemplationis transferatur.

S. Vincentius Ferrer.

AR-

ARTIC. VII.

Vtrùm mentem, & animum ad contemplationem elevare sit contra humilitatem?

22 PRæsumptuosū reputāt nonnulli animam ad contemplationem perfectè acquirendam in simplici actu fidei Deo soli attendere. Adversus quos stat primò Philosophus fœlicitatem humanæ vitæ in contemplatione optimi intelligibilis constituens: ergo talis contemplatio nedùm præsumptuosa non est, sed necessaria, & quodammodò á propria hominis natura exacta. Stat secundò quòd hæc doctrina perniciosissima est, plurimorumquè malorum radix: quod patet ex eo, quòd anima retrahitur ab optima ipsius operatione, privaturquè bonis contemplationis acquisitæ, eiusquè fructibus, de quibus agendum est infra.

23 Quapropter dicendum est, non esse contra humilitatē, animam Divino cōfidentem auxilio ad contemplationem levare. Nàm vt ait D. Th. 2. 2. q. 130. *art.* 1. *ad* 2. *Homini inest quædam potentia naturalis, scilicèt intellectus, per quam potest coniungi immortalibus, & Divinis.* Et ad 3. explicans qualiter hæc potentia naturalis debeat ad Divina ascendere, & eis coniungi ex auxilij Divini confidentia, inquit: *Et ideò non est præsumptuosum si aliquis ad aliquod opus virtuosum agendū intendat: esset tamen præsumptuosum si ad hoc aliquis tenderet absque fiducia divini auxilij.* Hinc igitur præsumptio esset ad contemplationem animum applicare non positis medijs suprà assignatis, proprijsquè viribus innitens; secus autèm, his præcedentibus dispositionibus, vt ibìdem in *respons. ad* 1. docet idem Angel. Præceptor. Hæc doctrina cōmunis est apùd DD. Mysticos, & apud nostrates præcipuè.

D. Th.

24 Sed adversus illam opṗones Seraphicam Doctricem nostram Theresiam à Iesu *cap.* 28. *suæ vitæ.* his verbis: *El primer inconveniente que ay en apartarse del todo de la Sacratissima humanidad, es vn poco de falta de humildad quererse levantar el alma, hasta que el Señor la levante, y querer ser Maria antes que aya trabaxado cō Marta. Quando el Señor quiere que lo sea desde el primer dia, no ay que temer mas, comidamonos nosotros, como ya creo otra vez he dicho esta motica de poca humildad, aunque no parece nada, para querer aprovechar en la contemplacion haze mucho daño.* S. The.

Sed si attentè legatur Sanctissima Doctrix non est contra nos, sed pro nobis: solùm enim docet antè cōtemplationem debere

bere esse meditationem, exercitiumquè virtutum, vt constat ex illis verbis: *Querer ser Maria, antes que aya trabajado cō Martha.* Quod nos libenter cōcedimus. Ast post longam meditationem, ac inquisitionem veritatis, cùr cōtra humilitatem esse dicamus in inventæ veritatis cōtemplatione animā quiescere? Hanc esse mentem Seraphicæ Theresiæ vndè constat?

25 Instabis, pro te afferens iterùm eandem Seraphicā Magistram *cap.* 12. *suæ vitæ*, his verbis: *Esto es lo que podemos, quien quisiere passar de aqui, y levātar el espiritu à sentir gustos, que no se los dan, es perder lo vno, y lo otro, porque es sobre natural, y perdido el entendimiento, quedase el alma desierta, y con mucha sequedad, y parece algun genero de sobervia querernos subir à mas.* S. The.

Ad propositæ obiectionis solutionem viam sternat nota marginalis in eundem textum, ibi: *Pues deste elevamiento, ò suspension, dize, que es sobre natural, quiere dezir: que nuestra alma en ello mas propriamente padece, que haze.* Not. Margi. Hinc igitur constat elevationem, de qua loquitur Saraphica Doctrix, esse passivam, & supernaturalem: quam quidèm propria quærere industria præsumptuosum est: hæc quippè contemplatio, aut suspensio est illa, quam Mysticam Theologiam Doctores appellant, quamquè, vt proprias excedentem vires, Deus liberaliter concedit. Cæterùm intellectum ad activam, vt ita dicam, contemplationem, & simplicem attentionem elevare divinæ innitendo gratiæ numquā Alma Doctrix præsumptuosum reputat, aut potest reputare, quando quidèm hic est proprius meditationis finis, quam ipsa summoperè commendat. Sed vt plenius constet Seraphicam Doctricem in allegato textu de elevatione loqui passiva, ipsa audiatur immediatè ad ipsum textum, ibi: *Pues lo que digo, no se suban, sin que Dios les suba, es lenguage de espiritu, entenderme ha quien tuviere alguna experiencia, que yo no lo sè dezir, si por aqui no se entiende. En la Mystica Theologia, que començè à dezir, pierde el obrar el entendimiento, porque le suspende Dios, como despues declararè mas ...... Presumir, ni pensar de suspenderle nosotros, es lo que digo no se haga.* S. The.

26 Horum omnium ratio est perspicua: quia ea intendere, quæ auxilijs communibus gratiæ consequi possunt, præsumptuosum non est, secus ea, quæ specialissima indigent gratia, peculiaribusquè auxilijs: sed cōtemplatio activa, seu acquisita communibus, & generalibus gratiæ auxilijs, potest haberi, infusa autèm contemplatio, & quæ passiva est, indiget specia-

lis-

lissimo auxilio gratiæ, vel potiùs est omninò gratuita: ergo licèt ad hanc conari præsumptuosum esset, non tamen ad illam. Maior est evidens: minor autèm est expressa Doctrina D. Thom. 2.2.q.45. *art.5 in corp.* D. Th. Vbi ait: *Quidam tantùm sortiuntur de recto iudicio, tàm in cõtemplatione Divinorum, quàm etiam in ordinatione rerum humanarum, secundùm divinas regulas, quantùm est necessarium ad salutem, & hoc nulli deest sinè peccato mortali existẽti per gratiam gratum facientem, quia si natura non deficit in necessarijs, multò minus gratia.* Vnde 1. Ioan. *v.2. dicitur: Vnctio docet vos de omnibus.* Ecce auxilia communia gratiæ, quibus ad contemplanda divina propria potest anima ascendere industria. Subditquè Sanctus Doctor: *Quidam autèm altiori gradu proficiunt sapientiæ donum, & quantùm ad contemplationem divinorum, &c. & iste gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem, sed magis pertinet ad gratias gratis datas.* Eccè contemplationem, ad quam nihil valet diligentia humana, & quam proprijs viribus, & gratiæ communis auxilijs adipisci cõtendens, & nihil efficeret, & præsumptionis notam incurreret.

27 Ex his omnibus manet exclusa sententia Patris Alvarez de la Paz, *tom.3. de vit. spirituali lib.5. de nat. cõtemplat. p.3. cap.13.* qui non agnóscens aliam contemplationem prætèr illam, quam Mysticam Theologiam Sancta Theresia appellat, quæquè apud Mysticos infusa dicitur, ait: *Vana est, & ridicula intellectus, & voluntatis applicatio, quàsi tu velis intellectum in vno fixum tenere; & te ad modum cõtemplantium in vno illo suspèndere, in quo oratio á meditatione, & ab alijs discernitur.* Alvarez. Hic quidèm dicendi modus, nec contemplationis naturam novit: in contemplatione enim acquisita nec suspenditur intellectus, nec voluntas, sed ad Deum simplici actu tendit, & attendit, in quo etiam à meditatione secernitur, quæ tota est in inquirenda veritate, in qua per contemplationem quiescat.

QVÆSTIO TERTIA.

DE CONTEMPLATIONIS ACQVISITÆ natura.

Contemplationis nomine in hac quæstione eam intelligimus, qua ad mores dirigendos, affectumqué ad Deum prout in se inclinandum homo vtitur: quæqué supponit virtutum informationem, & purgationem activam, & passivam partis sensitivæ, quæ quidem purgatio huius contemplationis est initium: in hac enim obscura nocte sensus incipit Deus contemplationis gratiam *Psalm.* *concedere, iuxta illud* Psalm. 106. *v.* 10. Exortum est in tenebris lumen rectis. *Dicitur deindé acquisita: quia homo propria industria mediante habitu fidei, & auxilio gratiæ potest eam acquirere, iuxta Doctrinam D. Thom. 2. 2. q. 180. art. 4. Ideo postquám de purgatione passiva, & alijs dispositionibus ad contemplationem egimus, de ipsius natura in hac quæstione sermonem instituimus. Pro quo sit.*

ARTIC. I.

Quid, & quotuplex sit contemplatio acquisita?

1 Dico primò: contemplatio generaliter sumpta sic definitur à Sanctis Patribus: primò ab Augustino *lib. de spiritu, & anima cap.* 32. *Contemplatio est perspicuæ veritatis iucunda admiratio.* Sic à D. Bernardo *lib.* 2. *de Considera-* *August.* *Ber-nard.* *tione: Verus, certusqué intuitus animi de quacumque re, sive appræhensio veri non dubia.* Itá à Richardo de Sancto Victore *lib.* 1. *de Contemplat. cap.* 4. *Perspicax, & liber contuitus animi in res perspiciendas.* Et tandèm à D. Thom. 2. 2. q. 180. *art.* 3. *Veritatis simplex intuitus.* In quibus definitionibus constat loqui Sanctos Patres de intuitu intellectuali. Nam nulla potentia prætèr intellectum habet pro obiecto veritatem. *Richar.* *D. Th.*

Vn-

Vndè affatim distinguitur ab intuitu sensitivo per hoc quòd sit intuitus veritatis. Distinguitur deindè ab omni alio actu intellectus per hoc quód sit simplex. Pro quo notanda est differentia, quam assignat Richardus *loc. cit. cap.* 3. inter cogitationem, meditationem, & contemplationem dicens: *Multùm á se invicèm hæc tria in modo differunt, quamvis quãdoquè in materia cõveniant..... Cogitatio per devia quæquè lento pede sine respectu perventionis passim huc, illucquè vagatur. Meditatio per ardua sæpè, & aspera ad directionis finem cum magna animi industria nititur. Contemplatio libero volatu quocũquè eam fert impetus mira agilitate circunfertur. Cogitatio serpit, meditatio incedit, & multum currit; contemplatio autèm omnia circumvolat, & cùm voluerit se in summis librat*. Hinc igitùr contemplatio distinguitur à cogitatione, quæ actus imaginativæ, vel æstimativæ est, quia contemplatio non habet varietatem specierum materialium, sicut cogitatio, quæ ideò serpit, quia per materialia divagatur. Distinguitur à meditatione, quia contemplatio non procedit discurrendo de vno in aliud, sicut meditatio, quæ est actus intellectus discursivus, ideoquè incedere dicitur, & currere. Manet igitur contemplationem esse simplicem actũ intellectus veritatem quietè, & sine multiplicitate contuentis, Vnde S. Maximus *cap*. 26. 3. Centuriæ dicit: *Contemplationem esse notitiam vniformem sine partibus, ad quam pura mens fertur, suo prorsus extincto secundùm sensum iudicio.*

Richar.

S. Maximus.

2 Dico secundò: Contemplationem prima divisione dividi in eam, quæ est Philosophorũ, & eam, quæ est Catholicorum: seu in Philosophicam, & Evangelicam: quarum naturam explicuit Albertus Magnus *tract. de adhærendo Deo cap*.9. dicens: *Animadvertendum est differentiam esse inter contemplationem Catholicorum fidelium, & Philosophorum Gentilium: quia contemplatio Philosophorum est proptèr perfectionem contemplationis, & ideò sistit in intellectu, & finis eorum est cognitio intellectus. Sed contemplatio Sanctorum, quæ est Catholicorum est proptèr amorem ipsius scilicèt cõtemplari Dei, & ideò non sistit in intellectu, sed transit ad affectum per amorem.*

B. Alb. Magn.

3 Sed nota: quod hæc Philosophica contemplatio etiam in Catholicis invenitur, quandò divina contemplantur, non ad hoc vt moveant voluntatem in ordine ad benè operandum, sed præcisè ad appetitũ satiandum

dum sciendi. Ideoquè plerosquè videmus viros Doctissimos altissima de Deo intelligentes, qui tamen depravatis sunt moribus, eorum quippè contemplatio non ordinatur ad praxim, sed sistit in mera speculatione.

4 Dico tertiò: Contemplatio Evangelica practica, & Catholica dividitur in acquisitam, & infusam, seu (quòd idē est) in contemplationem propria industria, & labore comparatam, & in cōtemplationem à Deo misericorditer animæ immissam. Hæc divisio celebris est, & apud DD. Mysticos, & SS. PP. communis. Differunt autèm istæ duæ contemplationes tùm ex parte auxiliorum, tùm ex parte modi tēdendi circa divinam veritatem. Ex parte quidèm auxiliorum, quia licet vtraquè contemplatio auxilijs indigeat divinis ad sui efficientiam, ad contemplationē acquisitam sufficiunt auxilia communia, & generalia, quæ regulariter gratiam iustificantem sequuntur, ad contemplationē autē infusam requiruntur specialissima, & quæ rarissimé cōceduntur; vel si pluribus, non ideò cōmunia, sed ex omni parte specialia dicenda sunt.

Ex parte autèm modi tendēdi circa divinam veritatem differunt etiàm contemplatio acquisita, & infusa: illa enim auxilijs communibus gratiæ vtitur ad intuendum Deum solùm iuxta modum humanum, relinquendo facultatem, vt anima per proprias operationes contemplationem, quietumquè intuitum divinæ veritatis acquirat. Infusa autem medijs auxilijs specialibus gratiæ, & vltra propriam industriam singulari modo Divinam intuetur veritatem. Ex quo patet ratio, qua sancti, & Mystici Doctores cōtemplationem acquisitam naturalem appellant, secùs infusam: non enim est quia ad primam solæ vires naturales sufficiant, absquè auxilio divinæ gratiæ; requirūtur enim ad ipsam auxilia communia à Deo provenientia vt dictum est; at verò contemplatio infusa, vires naturæ, & humanum modum, generaliaquè gratiæ auxilia transcendit. Vndé prima contemplatio est quidèm supernaturalis quoad substantiam, naturalis verò quoad modum. Secunda autem, & quo ad modum, & quo ad substantiam est supernaturalis. Sed de hoc late s infra dicetur.

ARTIC. II.

Vtrùm contemplatio acquisita dividatur in eam, quæ est per affirmationem, & in eam, quæ est per negationem?

5 Dico primò: contemplatio tēdit in Deum

Deum aliquandò modo affirmativo, aliquandò negativo. Sic communiter Sancti Patres, Mysticique Doctores Dionysium Areopagitam huius scientiæ Principem sequuti. Ipse enim *cap.* 1. *suæ Mysticæ Theologiæ* sic ait: *Cùm ei vt causæ omniũ ea etiam omnia, quæ in naturis dicuntur tribuenda sunt, eadem-què* (ecce affirmationem) *omnia magis propriè ac veriùs non tribuenda sint, vt qui omnia multùm, ac longè superet*: eccè negatiouem. Vtrumquè etiam procedendi modum sæpe repetit D. Th. 2. 2. q. 8. *art.* 7. *& in* 3. *dist.* 35. *q.* 2. *art.* 2. *quæstiunc.* 2. Vbi sic ait: *Intellectus donum ad spirdtualia ingreditur dupliciter. Primò modo per viam remotionis, dum ab spiritualibus, quæ in corporalibus inveniuntur, removet. In statu ergo viæ intellectus ingreditur ad spiritualia hoc modo, maximè ad divina, quia in hoc perficitur cognitio humana secundum statum viæ, vt intelligamus Deum ab omnibus separatum super omnia esse........ Secundus modus est per excessum, vel præstantiam, veluti si quis eum dicat esse super sapientem, supra omnipotentem, &c.* Vndè Augustinus *lib.* 5. *de Trinit. cap.* 1. Vtrumquè modum affirmandi, & negandi coniungẽs, ait: *Intelligamus Deum, si possumus, quantùm possumus, sinè qualitate bonum, sinè habitu omnia continentem, sinè loco vbiquè totũ, sine tempore sempiternum, sinè vlla mutatione sui mutabilia omnia facientem.*

Dionis. Areop.

D. Tho.

D. Augustin.

6 Sed nota quòd in contemplatione, quæ est per affirmationem, creaturarum perfectiones debent appræhendi in Deo esse absquè imperfectionibus limitationis, inadæquationis, & dependentiæ, sed omnia sub perfectissimo modo essendi. Itá tamèn quód perfectiones illæ, quæ in creaturis sunt simpliciter simplices, idest quas meliùs est habére quàm non habére, vel habére ipsas, quàm quamlibet aliam cum ipsis incompossibilem, reperiuntur in Deo sinè limitatione illa, quæ prout in creaturis eas indivulse commitatur. Huiusmodì sunt esse, intelligere, velle, virtutes omnes ad gradũ intellectivum sequutæ, existentia. Subsistentia, personalitas, ac deniquè proprietates entis. Aliæ autèm perfectiones, aut prædicata, quæ in creaturis ex suo formalissimo conceptu imperfectionem dicunt, non sunt Deo tribuendæ formalitèr, sed tantùm virtualiter, aut eminentèr. De quo videantur Theologi Scholastici *ad* 1. *p.* D. Thom.

7 Dico secundò: Contemplatio, tàm quæ est per remotionem, quàm quæ per affirmationem, dividitur in contemplationem per ascensum, & in con-

contemplationem per descensum. Illa dicitur contemplatio per descensum, qua ex Dei cognitione movetur intellectus ad cognitionem creaturarum tanquàm ad obiectũ secundarium, vel tanquám a cognitione causæ ad effectus. Colligitur hæc Doctrina ex Sanctis Patribus, & latè probatur a nostro Philippo a SS. Trinitat. *p.* 2. *Mysticæ Theolog. tract.* 1. *art.* 4. Eiusquè ratio est: quia sicùt qui ab inferiori ad superiorem gradum scalæ tendit, ascendere dicitur, è contra qui a superiore ad inferiorem, descendere: sic qui per cognitionem creaturarum, sivè per earum remotionem in Dei cognitionem pervenit, ascendere dicitur, qui verò a Creatore ad ipsas creaturas, descéndere.

8 Duplicem modum ascẽsus ad Deum per creaturas explicuit Dionysius vbi supra exemplo pictoris, & sculptoris, aut statuarij. Nam sicut pictor superponendo colores imaginẽ format, sculptor autem subtrahendo materiam perficit statuã, sic cõtemplatio per affirmationem creaturarum quàsi superponit perfectiones Deo, contemplatio verò per remotionem quàsi materiam removet, quo summa Dei perfectio resplendeat.

9 Assignat autèm Richardus a Sancto Victore gradus, sivè gressus, quibus per creaturas in Dei contemplationem ascendimus, *lib.* 1. *de contempl. ca.* 6. his verbis: *In primo gradu, seu gressu ponitur perceptio sensibiliũ, in secundo progressus à sensibilibus ad intelligibilia, in tertio dijudicatio sensibiliũ secundùm intelligibilia, in quarto absoluta consideratio intelligibilium, in quæ per sensibilia pervenitur, in quinto contemplatio intelligibiliũ, quæ per sensibilia inveniri non possunt, in sexto ponitur consideratio intelligibilium, quæ ratio invenire, nec capere potest, quæ scilicet pertinent ad contemplationem divinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur.* Richar

10 Sed inquires, 1. vtrùm perfectior modus sit contemplationis ascendere per remotionem, aut negationem, quàm per appositionem, vel affirmationem? Respondetur perfectiorem modum esse negativũ. Quod probatur primo ex D. Thom. 1. *p. q.* 14. *art.* 4. *ad* 5. Vbi ait: *In hac vita magis manifestatur nobis de Deo quid non est, quã quid est*: ergò perfectiori modo procedit qui non per affirmationem, sed per remotionem Deum contemplatur. Idem probatur ex Dionysio de *Mystica Theolog. cap.* 5. Vbi sic inquit: *Rursus dicamus ascendentes, quod neque anima est Deus, neque intellectus, nec ratio, neque intelligentia,* D. Th. Dionys. Areopag.

gentia, nec dicitur, nec intelligitur, nec potentia habet, nec potentia est, neque lumen, nec vivit, neque vita est, neque substantia est, nec scientia, nec veritas, neque sapientia, nec vnum, nec vnitas, nec Deus, neque Deitas, nec spiritus, nec filiatio, nec paternitas, nec aliquid nobis, aut alicui entium cognitorum, nec quid non entiũ, neque quid entium est, neque entia eum (idest naturam divinam) *cognoscunt vt ipsa est: verius enim sic cognoscitur.*

11 Inquires 2. Vtrùm intellectus per contemplationem negativam Deum contemplans, se habeat purè negativè in ipsa contemplatione? Respondetur intellectum in huiusmodi contemplatione non purè negativè se habére, sed positivè tendere in divinam perfectionem Dei omnem creatam supereminentem, in confuso tamen, quasi dicat: Deus neque anima est, neque intellectus, neque ratio, &c. Sed ipse in se est summa maiestas, bonitas summa, &c. Quocirca Dionysius *cap. 1. Mysticæ Theolog.* se sic explicans inquit: *Nec putandæ sint negationes opposito nomine cõtrariæ esse affirmationes, sed ipsa existimãda sit multo prior, & antiquior privationibus, cũ omni negationi, & affirmationi antecellat.* Et subiungit: *Et hoc ipsum non videre, & non scire est veraciter videre, ac scire, & eum, qui substantia superior est supersubstantialiter ex omnium, quæ sunt ablatione celebrare. Sic interpretantur Expositores, quos vidére potui* (inquit Suarez tom. 2. *de Relig. lib. 2. cap. 13. num. 28.*) *Liconiensis. Ambros. orator. & Marcilius ficinus non aliter intelligunt.*

Dionis Areop.

ARTIC. III.

Vtrùm in contemplatione acquisita triplex interveniat motus: circularis scilicet, rectus, & obliquus?

12 NOn possumus præsenti quæsito satisfacere, nisi prius horum triũ motuum notitiam aliquam præhibémus, & in quo quisquè eorum consistat, vel breviter exponamus. Igitùr *motus circularis* naturam sic explicat noster Philippus a SS. Trinitat. *loc. sup. cit. art. 5. Cum circa Deum pulchrum, & bonum, vel divinitus revelatum per lumen infusum, vel naturaliter per ascensum à creaturis inventum vniformiter contemplando manet anima tamquàm in centro suo quiescens, ibique præ admiratione, & amore deficit.* Hinc igitur motus circularis non sistit in creatura aliqua, licet nõnullis, aut etiam omnibus vtatur, vt ad simplicitatẽ Dei per-

Philip. SS. Trinitat.

veniat: sed in Deo vltimatè tāquàm in proprio sui circuli centro quiescit. *Motus rectus* ille dicitur, quo anima per considerationem creaturarũ transit ad contemplationem summi boni, ibique sistit, quod patet ex D. Thom. 2. 2. q. 180. *art. 6. ad* 2. his verbis: *Rectum motum ponit in anima secundum hoc,* D. Th. *quod ab exterioribus sensibilibus procedit ad intelligibilium cognitionem.* Motus deniquè *obliquus* ex circulari, & recto componitur, evenitquè quandò anima ex Dei contemplatione ad contemplandos effectus, vel Dei promissiones, Iudicia, aut alia ipsius opera movetur, rursusquè ex his ad ipsum Deum contemplandũ revertitur. Quod eleganter expressit D. Thom. *vbi supra* inquiens: *In anima autèm ponit* (idest Dionysius Areopagita) *motum obliquum ex recto, & circulari compositum, provt scilicet illuminationibus divinis ratiocinando vtitur.* Sed circa naturam horum motuum videatur ibi D. Thom. *cit. art. 6. per totum*, vbi plene hanc materiam pertractat. Videatur, & Caietanus in eundem articulum, quamquam obscurè procedat Eminentissimus commentator in explicatione motus circularis, quatenùs ait: ipsum in contemplatione animæ vltimatè sistere: constat enim ex Divo Thoma vbi proximè, & ex Dionysio Areopagita *cap. 4.* de Divinis nominibus sistere motum circularem vltimatè in contemplatione Divinæ bonitatis. Hoc supposito.

13 Dicendum est: triplicẽ hunc motum in contemplatione acquisita intervenire. Probatur: nam in omni contemplatione, si rectus ordo servetur, per sensibilium cõsiderationem ad cognitionem intelligibilium deveniendum est, *vt supra q. 2. ar. 3.* dicebamus: sed in hoc iuxta proximè prænotata *motus rectus* consistit: ergo hic in contemplatione intervenit. Rursus cum hæc cognitio, & consideratio in hoc tendat, vt per creaturas Creatorem cognoscat, & cognitum contempletur, ibiquè relicta varietate, & multiplicitate in ipso solo per simplicem actum sistat, & quiescat, in quo *motus circularis* iuxtà dicta consistit, necessarió, & hic in contemplatione acquisita reperitur. Deniquè cùm hæc quieta cognitio non debeat esse merè speculativa, sed practica, vt suprà dictum est, in exteriora idest ad virtutum exercitium prodire debet, ad quod ex creaturis nova quærit motiva, quo ditiori penu ad ipsum Deum contemplandum revertatur: atqui in hoc consistit essentialiter *motus obliquus*: ergo, & hic in contemplatione acquisita datur.

14 Dico secundò: Motus rectus pertinet directè ad statũ meditantium, sive ad eos, qui in

via

-via sunt purgativa. Nam vt ait D. Thomas 2. 2. q. 180. *art.* 6. *In motu recto proceditur de vno ad alterum*, quod est meditare, & discurrere. Motus autẽ obliquus pertinet ad viam illuminativam: ex eo enim quòd ex directo, & circulari coalescit, supponit, & cognitionem Creatoris per creaturam, & creaturæ per Creatorem: quod est propriũ viæ illuminativæ, ista enim vt de motu obliquo loquitur D. Thomas *vbi suprà*: *Illuminationibus divinis ratiocinando vtitur.* Vndè Dionysius *lib.* 4. *de Divinis nominibus* de hoc motu loquens, *Fieri* (inquit) *rationaliter, & investigiosè, & vt commixtis, & transitorijs operationibus.* Demùm motus circularis partìm pertinet ad viam illuminativam, prout cõpræhendit cõtemplationem acquisitam, & partim ad viam vnitivam, & statum contemplationis infusæ. Nàm vt aiebat D. Thom. *quæst. cit. art.* 6. fit hic motus: *secundùm quod aliquis movetur vniformiter circa idẽ centrum.* Idem quod circa tres motus hucusque diximus breviter, & dilucidè asseruit, & expressit N. V. P. Fr. Ioseph à Iesu Maria *lib.* 1. *Ascensus animæ ad Deum cap.* 1. inquiens: *El primero, y segundo movimiento* (rectus scilicèt, & obliquus) *tocan à la meditacion, y especulacion, y el tercero à la contemplacion.*

D. Th.

D. Th.

V. P. Fr. Ioseph à Iesu Maria

15 Sed inquires: Vtrùm in omni exercitio contemplationis acquisitæ omnes hi motus interveniant? Respondeo quòd regulariter ad actum contemplationis acquisitæ, & quietum intuitum divinæ veritatis lumine fidei propositæ alij duo motus præcedunt, rectus videlicèt, & obliquus. Quia huiusmodi contemplatio regularitèr ex cõsideratione, & comparatione creaturarũ ad Deum procedit. Vel è contra quandoquè ex cõparatione ipsius Dei ad creaturas, in quibus summa illa bonitas communicata resplendet.

Dixi regularitèr: interdùm quippè ex præhabita iam notitia divinæ veritatis statìm anima in ipsius contemplatione quiescit. Præcipuè si iam contemplationis habitum acquisierit: sed hoc speciale quid est, frequentius autem fit per considerationem, & conversionem ad phantasmata, ex quibus anima ad contemplationem, quietumquè intuitum divinæ veritatis ascendit. Sic tenet N. Mystic. Doct. D. Ioan. á Cruce *lib. Ascens. Mõt. Carm. cap.* 15.

ARTIC. IV.

Vtrùm sola divina veritas sit obiectum contemplationis acquisitæ?

16 DIco primò (de contemplatione

P lo-

loquimur Evangelica, quæ sola ad nostrum attinet institutum) sola divina veritas, & perfectio est obiectum primarium contemplationis acquisitæ; creaturæ verò tantùm sunt obiectum secundarium. Prima pars probatur: cùm quia in sola veritate divina, quæ omninò indefectibilis est, potest quiescere intellectus, eique soli, vtpotè infallibili omninò firmitèr adhęrére. Tum etiam: quia finis totius intellectualis progressus est contemplatio divinæ veritatis, seu optimi intelligibilis: finis enim est: *Cuius gratia cætera fiunt:* ergo quæcumquè cognitio, aut creaturæ cōsideratio non proptèr se, sed proptèr prædictam cōtemplationem quærenda est. Sicut enim creaturæ, earumquè vsus in Deum tanquàm in vltimum finem reduci debet, iuxtà illud Pauli 1. *ad Chorint.* 3. *v.* 23. *Omnia vestra sunt, vos autèm Christi, Christus autèm Dei*, sic, & quælibet creaturæ cognitio ad Creatoris cognitionē debet ordinari. Cūquè id, quod proptèr se non quæritur ab aliquo habitu, nequeat esse eiusdem obiectum primarium, palàm sequitur creaturas a ratione obiecti primarij contemplationis acquisitæ excludi. Ex quo probata manet secūda pars conclusionis: quia creaturæ aliquo modo pertinēt ad contemplationis obiectum, vtpotè quæ actibus, seu motibus contemplationem præcedentibus deserviunt: sed non pertinent ad ipsam, vt obiectum primarium, vt probatum est: ergo vt secundarium.

1. ad Chorint.

17 Dico secundò: licèt aliqua determinata Dei perfectio possit contemplari; meliùs pro obiecto contemplationis assignatur divina veritas in communi, & quàsi indistinctè accepta. Probatur: quia essentia divina vt sic cognita indistinctè, & in confuso cognoscitur sicuti est in se, hoc est: cognoscitur id quod est Deus: cùm autem cognoscitur aliquis conceptus particularis, sive sapientiæ, sive virtutis, sive bonitatis divinæ, &c. non cognoscitur prout est in se, nos enim aliqualiter distinctum a cæteris prædicatis appræhendimus, cùm ipse omninò indistinctus sit: ergo meliùs contēplatur, quandò concipiuntur prædicata divina omnia simùl, quàm cum quodlibet seorsim. Vndè ipse Dominus quæsitus a Moise quis esset? Respondit: *Ego sum qui sum.* Nullum in speciali explicans attributum. Quo circa D. Thom. 1. *p. q.* 13. *art.* 11. *in corp.* ait: *Hoc nomen qui est triplici ratione est proprium Dei, primò quidèm proptèr sui significationē, non enim significat formam aliquam, sed ipsum esse. Vndè cum esse Dei sit ipsa eius essentia, & hoc nulli alij conveniat: manifestum est quòd inter alia nomina hoc ma-*

Exod. 3 v. 14.

D. Th.

maximè propriè nominat Deũ. Vnumquodque enim denominatur à sua forma. Secundò propter eius vniversalitatem, omnia enim alia nomina, vel sunt minus communia, vel si cõvertantur cum ipso, tamen addunt aliquid supra ipsum secũdùm rationem. Vndè quodammodo informãt, & determinant ipsum. Intellectus autèm noster non potest ipsam Dei essentiam cognoscere in statu viæ secundũ quòd in se est, sed quemcũque modũ determinet circa id, quod de Deo intelligit, deficit à modo, quo Deus in se est. Et ideò quantò aliqua nomina sunt minus determinata, magis communia, & absoluta, tantò magis propriè dicuntur de Dèo à nobis. Vndè, & Damascenus dicit: quòd principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur nominibus est. Qui est. *Totum enim in se ipso comprehendens velùt quoddam pelagus substantiæ infinitum, & indeterminatum, &c.* Excellentior ergò conceptus formatur de Deo si concipiatur ipsum esse summum bonum, & maximum esse indistinctè, quàm si quodlibet attributum sigillatim cõcipiatur. Huic sentẽtiæ subscribunt nostrates DoctoresMystici.

18 Diximus: *Licèt possit aliqua determinata Dei perfectio contemplari:* quia etsi a nobis quoad quid est non possit attingi, attamèn quoad an est simplici actu intellectus valet contemplari. Nam singularis perfectio divina non obstat simplicitati conceptus contemplationis, quia puritati intellectualis operationis generaliter singulare, quia tale, non repugnat. Et ideo inquit D. Thom. 1. p. q. 86. art. 1. ad 3. *Dicendum quòd singulare nõ repugnat intelligenti in quantum est singulare, sed in quantum est materiale: quia nihil intelligitur nisi immaterialitèr, & ideò si sit aliquod singulare, & immateriale, hoc non repugnat intelligenti.* Cùm igitùr quælibet perfectio divina licèt singularissima sit, tamèn sit immaterialissima, & actus purissimus, nihil obstat, quòminùs per actum perfectissimum intellectus, ac per consequens, per contemplationem possit attingi. D. Th.

ARTIC. V.

Vtrùm omnis species rei creatæ à mente contemplantis releganda sit?

19 Dico primò: Postquã anima sufficientem requisivit notitiam summæ dependentiæ, quã creaturæ habent à Deo: postquámquè signa illa *articulo 4. præcedentis quæstionis* posita pro transferendis a statu meditationis ad contemplationis statum in anima reperiantur, *Non solum*

Taule. li. insti. cap. 35. *lum poterit* (inquit Taulerus) *sed debet eas, de quibus prædiximus, imagines sanctas, & opera rationabiliter abdicare.* Vndè D. Thom. 2. 2. q. 180. *art. 6. ad 2.* sic ait: *D. Th.* *In anima verò antequàm ad istam vniformitatem perveniatur, exigitur quòd duplex eius deformitas amoveatur. Prima quæ est ex diversitate exteriorum rerum, & hoc est quod primò ponit* (scilicèt Dionysius) *in motu circulari animæ, introitus ipsius ab exterioribus ad se ipsam. Secundò autem oportet quòd removeatur secunda deformitas, quæ est per discursum rationis: & hoc quidem contingit secundùm quòd omnes operationes animæ reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis: & hoc est quod secundò dicit, quòd necessaria est vniformis convolutio intellectualium virtutum ipsius, scilicèt vt cessante discursu figatur eius intuitus in contẽplatione vnius simplicis veritatis. Et in hac operatione animæ non est error, sicut patet quòd circa intellectum primorum principiorum non erratur, quæ simplici intuitu cognoscimus. Et tunc istis duobus præmissis tertiò ponitur vniformitas conformis Angelis, secundùm quod prætermissis omnibus in sola Dei contemplatione persistit.*

Alber. Magn. Beatus Albertus Magnus *lib. de Cœlest. Hierarch. cap. 1. §. 1.* ait: *Visus mentis materialis, eorum, qui terrenis affectibus detinentur, omnino retunditur à divina charitate. Sed ab his recedens in intellectualem speculationem immaterialis efficitur, sed adhùc tremẽs, quia rationes principij velùt de lõginquo divina conspicit, sed non tremens efficitur lumine fidei confortatus.*

20 Dico secundò: Hæc abdicatio rerum sensibilium rationabiliter, magnaquè cum discretione fieri debet: quæ quidèm discretio, & rationabilitas in hoc consistit, quòd extra illud tempus, in quo contemplatio exercenda est, considerentur, & meditẽtur Christi exempla, Sanctorum opera heroica, creaturarum ordo a divina providentia dispositus, vt sic facilius divinæ perfectionis cõceptus servetur, & virtutis operandæ motivum habeatur. Quæ doctrina desumpta est ex Mystico Doctore nostro B. Ioanne à Cruce *lib. 2. Ascens. Mont. Carmel. cap. ultimo*: Vbi ait: *S. Ioan à Cruc* *Siempre ha de procurar estarse con sossiego de entendimiento, sin entremeter otras cosas, figuras, ò noticias particulares, sino fuere muy de passo. Pero fuera de este tiempo en todos sus exercicios, actos, y obras se ha de valer de las memorias, y meditaciones buenas, de la manera que sintiere mayor devocion, y provecho: particularmente*

mente de la Vida, Passion, y Muerte de nuestro Señor Iesu-Christo, para conformar sus acciones, exercicios, y vida con la suya.

21 Sed quod præcipuè officit quieti contemplationis, ideoquè est summo studio vitandum, est imaginationum tumultus, huiusquè potentiæ inquieta conditio. Nam vt ait D. Thom. 2. 2. q. 182. *art. 3. in fine corpor. Phantasmata sunt, per quæ contemplatio impeditur.* Et D. Gregor. 6. *Moraliū: Cùm contēplationis arcem aliqui tenère desiderant, perpendant, si cùm ad se ipsos introrsus redeunt, in eo quòd spiritualia rimantur, nequaquàm secū rerum corporaliū vmbras trabant, vel fortasse tractas manu discretionis abigant.*

D. Th.

D. Gre Magn.

22 Quæres: Cui innitatur intellectus ab omnibus speciebus in contemplatione abstractus? Cui respondet Taulerus *vbi supra: Planè nulli omninò inhæret, sed totus ab omnibus nudus est. Si enim alicui inniteretur, hoc ipsum imago foret. Sponté igitur amoris elegit suspendium, à quo nec absolvi vnqvam desiderat, nisi suus eum Creator absolvat. Sicut, & Iob Sanctus ait cap. 7.* Suspendium elegit anima mea. *Sed quæstio hic incidere potest, quodnam sit illud amoris patibulum, in quo anima sancta suspenditur? Istud nimirum: est enim quod se illi sponté offert, sed ipsum illa renuit* (hoc autē est creatura) *Et est aliud quod totis viribus concupiscit, sed obtinère non potest, & hoc est Dei visio, fruitioqué. Huius autē patibuli funis triplici filo contexitur. Vnum est purus divinitatis amor, aliud pura divina desideria. Tertium pura, ac divina intentio. Tres quoqué huius patibuli colūnæ sunt: Pater videlicet, Filius, & Spiritus Sanctus. Sicut autèm fur in patibulo suspēsus columnam aliquam apprehendere nequit; ita nec spiritus aliquam harum personarum, nisi dumtaxat fide, potest contingere. Et sicut furi oculi velantur, os liberum dimititur; ita, & spiritui oculi intellectuales conteguntur, atqué obteguntur, vt Deum sine medio vidère nequeat: voluntas autèm absqué omni medio Deum amat.* Sic ille, in quo videtur animam, & intellectum abstractū ab omni creata specie, Deo per simplicem actum fidei contemplatio inniti.

Taule.

ARTIC. VI.

Vtrùm obstet quieti contemplationis memoria Sacratissimæ Humanitatis Christi, Domini?

23 Dico primò: Memoria Christi Domini, eiusquè Sacrosanctæ Humani-

maniratis nedùm non impedit contemplationis quietem, verùm maximè fovet. Probatur ex Sacra Script. Ipse enim Christus ait de se ipso: *Ego sum via, veritas, & vita. Tanquam si diceret* (inquit Augustinus *tom.* 10. *lib.* 50. *Homil.* 34.) *quà vis ire? ego sum via. Quò vis ire? ego sum veritas. Vbi vis permanere? ego sum vita ..... Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: si desideras omnia mecum habebis. Si desideras Patrem, per me habebis, & in me habebis.* Et *serm.* 54. de *Verbis Domini* ait: *Ambula per hominem, & pervenies ad Deum. Per ipsum vadis, noli quærere quà ad ipsum venias præter ipsum.* Et *tom.* 9. *tract.* 13. *in Ioan. cap.* 13. sic inquit: *Quomodò per Christũ ad Christum? Per Christum hominem ad Christum Deum.*

D. Augustin.

Hoc ipsum firmissimè tenet, & oppositum acritèr reprehendit Seraphica Doctrix nostra Theresia *lib. suæ vit. cap.* 22. his verbis: *Que nosotros de maña, y con todo cuidado nos acostumbremos à no procurar con todas fuerças traer delante siẽpre, y pluguiesse al Señor que fuesse siempre, esta Sacratissima Humanidad; esto digo que no me parece bien, y que es andar el alma en el ayre, porque parece no tener arrimo, por mucho que le parezca anda llena de Dios.*

S. The.

Doctrina simpliciter hæc est Santissimi Parẽtis, Mysticique Doctoris Ioannis à Cruce *lib.* 3. *Ascens. Mont. Carmel. cap.* 1. *circa finem* vbi hæc habet: *Esse estudio de olvidar, y dexar noticias, y figuras, nunca se entiende de Christo, y su humanidad: que aunque alguna vez en lo subido de la contemplacion, y vista sencilla de la divinidad no se acuerde el alma de esta santissima humanidad, porque Dios levante el espiritu de su mano à este como confuso, y muy sobre natural conocimiento; pero hazer estudio de olvidarla, en ninguna manera conviene, pues su vista, y meditacion amorosa ayudarà à todo lo bueno, y por ella se subirà à lo muy levantado de vnion. Y claro està, que aunque otras cosas visibles, y corporales se ayã de olvidar, y estorven, no ha de entrar en este numero, el que se hizo hombre por nuestro remedio: el que es verdad, puerta, y camino, y guia por los bienes todos.* Vides Sãctissimi Parentis de hac re sentẽtiam. Vndè iniuriosè quidam anonimus affecit Mysticum Doctorem nostrũ contrarium in hac parte sententiæ Divæ Theresiæ fuisse.

S. Ioan à Cruc.

Hanc deniquè sententiam diuturna, vt credo, experientia edoctus tenet V. DD. Fr. Bartholomæus à Martyribus Archiepiscopus Bracarensis Ordinis Sancti Dominici, qui in com-

Bartho. à Martyrib.

compendio Mysticæ Theologiæ 2. p. cap. 11. §. 2. ita habet: *Si intelligamus has imagines, quotiescumquè occurrunt purè cōtemplanti, impedire, hebetareque vigorem, & perfectionem vnionis, credo falsum esse: experientia enim constat, hoc sæpè evenire, cùm homo in solum Deum toto mentis actu fertur: fit enim, vt eo tempore raptim occurrat intellectui hæc imago, videlicet: hic Deus pro me homo factus est, & crucifixus. Hæ namquè imagines non solū non impediunt, verùm etiam promovere, & augere solent vnionem amoris, atquè admirationis suspensivæ. Imo nequè imago peccatorum raptim transiens officiet: videlicet: Hic Deus tot crimina pro sua benignitate condonavit. Nam hæc imago non perturbare, sed quietem mētis augère occasionaliter solet,* (quæ sequuntur perpende) *dummodo homo tùnc non descendat ad specialem ipsorum considerationem; & mox resiliat in fontem aquæ vivæ.*

24 Dico secundò: vt hæc imago Humanitatis Christi Domini contemplationis, quieti non officiat, inspici debet non discursivo, sed contemplativo modo; hoc est: debet simplici actu contemplari hic Deus homo. Ita Seraphica Doctrix Theresia *Mans. 6. cap. 7.* Vbi postquàm statuit nullatenùs esse recedendum a præsentia dilectissimi Iesu ex industria, subdit: *No terna razon si dize que no puede detenerse en estos misterios, y traerlos presentes muchas vezes..... Ni es possible q̃ pierda el alma, que à recibido tanto de Dios de muestras de amor tan preciosas, que son vivas centellas para encenderla mas en el que tiene à nuestro Señor: sino que no se entiende, porque entiende el alma estos misterios por manera mas perfecta: y es que se los representa al entendimiento, y estampanse en la memoria, de manera, que solo veer al Señor caido con aquel espantoso sudor, aquello le basta para no solo vna hora, sino muchos dias: mirando con vna sencilla vista quien es, quan ingratos emos sido à tan gran pena..... Verdad es, que à quien mete el Señor en la septima morada, es muy pocas vezes, ò casi nunca, las que ha menester hazer esta diligencia, por la razon, que en ello dirè: mas es muy continuo no se apartar de andar con Christo Nuestro Señor con vna manera admirable, à donde Divino, y Humano junto es siempre su compañia.* S. The.

Hunc contemplationis modum, & verbo, & exemplo docet Apostolus *ad Ephes. 3. v. 14.* vbi hæc habet: *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu-Christi; ex quo omnis Paternitas in* ad Ephes. 3.

Cælo,

Cœlo, & in terra nominatur: vt det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati, & fundati, vt possitis cõprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiàm supereminentem charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ad quorum verborum intelligentiam non parũ iuvat quod ait D. Thomas *super cap. 10. ad Rom.* his verbis: *In Christo autem Iesu, vt dicitur ad Colosens. 12. sunt omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, & quantum ad plenitudinem Divinitatis, & quantum ad plenitudinem sapientiæ, & gratiæ, & etiam quantum ad profundas Incarnationis rationes.* Debet igitùr intellectus simplici contemplationis intuitu hæc omnia in Christo inspicere Deitatem, sapientiam, profundissimã charitatem, Omnipotentiam, Misericordiam, &c. hæc omnia siquidem in Deo homine reperiuntur.

D. Th.

ARTIC. VII.

Vtrùm solus habitus fidei Divinæ sint principium contemplationis acquisitæ?

25 Dico primò: si sermo sit de principio movente intellectum ad contemplationis actum, charitas est principium, & causa cõtemplationis Evãgelicæ, de hac enim loquimur: Probatur auctoritate D. Thom. 2. 2. q. 180. art. 7. ad 1. vbi ait: *Dicendum quòd vita contemplativa, licèt essentialiter consistat in intellectu principium tamen habet in affectu, in quantum videlicèt ex charitate aliquis ad contemplationem movetur.* D. Th.

Dices immediatè: Qui in peccato mortali existit, non habet charitatem: potest nihilominùs mediante fide contemplari Deum: ergo contemplatio acquisita non semper habet pro principio movente charitatem. Respondetur: existentẽ in peccato mortali non facilè; imò mihi impossibilè videtur, natura rerum attenta, veram habere contemplationem. Nàm cùm contemplatio hæc Evangelica maximam animi quietem, vivàmque fidem exigat: hæc enim est vita hominis super terram, vt Dei veritatem contempletur, non facile componitur animam gratiæ mortuam præcipuum vitæ actum efficere. Vel dicendum si semel admittimus veram ibi esse contemplationem, motionem charitatis non esse essentialiter, sed solùm connaturaliter requisitã, ideoquè suppleri posse, vel per piam affectionem ad actum cõtemplationis simul cum fide con-

concurrentem, vel per aliquod auxilium gratis à Deo concessum ad supplendum influxum charitatis.

26 Dico secundò: actum contemplationis acquisitæ procedere elicitivè ab habitu fidei. Probatur: quia contemplatio fit mediante illo habitu intellectuali, qui est principiũ actus, cuius proprium est esse proximum mediũ ad vnionem animæ cũ Deo: sed hic actus est actus fidei: ergo contemplatio ab habitu fidei elicitivé procedit. Maior est communis inter DD. Mysticos, cuius veritas, vel ex ipsa natura contemplationis acquisitæ apparet. Minor autèm est doctrina B. Patris N. Ioannis à Cruce *lib. 2. Ascens. Mont. Carm. cap. 9.* Vbi loquendo de hominis intellectu ait: *Y callado puesto en fee, la qual sola es proximo, y proporcionado medio, para que el alma se vna con Dios, pues no ay otra diferēcia sino ser Dios visto, ò creido, y assi por este solo medio se manifiesta* Dios *al alma en divina luz.* Colligitur similitèr ex Augustino *lib. Medit. cap. 22.* Vbi sic inquit: *Transeat ab his animus, & transcendat omne, quod creatum est: currat, & ascendat velociter, pertrāseat, & in eum, qui creavit omnia quantum potest oculos fidei dirigat.*

S. Ioan. à Cruc.

S. Augustin.

Ratio etiam id suadet nàm huiusmòdi contemplatio debet esse firmus assensus, & simplex absquè discursu, & in quo nullus càdere possit error: vt docet D. Thom. *vbi supra*, sed solus actus fidei est firmus, & infallibilis assensus veritatis; non verò actus Theologiæ Scholasticæ, quæ aliquandò opinativè discurrit: ergo. Deindè actus Theologiæ frequenter est discursivus, quod simplicitati contemplationis obstat, fides autem discursiva non est: ergo hæc, & non illa elicitivè ad contemplationem simùl cum intellectu concurrit.

27 Addit, & benè Suarez *tom. 2. de Religion. lib. 2. cap. 10. num. 9.* Quòd ad hanc contemplationem tria cooperantur Spiritus Sancti dona: videlicèt: Donum *Intellectus, Sapientiæ, & Scientiæ.* Intellectus ad res, quas credit, altiori modo concipiendas. Sapientia ad iudicandũ de rebus divinis quasi quadam connaturalitate, & perspicuitate. Scientia deniquè in quantùm creatæ res in ordine ad Deum attinguntur, Sed de his Latiùs postea *tract. 3.*

28 Dices primò: ex hac doctrina sequitur quòd actus contemplationis non procedat indispensabilitèr elicitivè ab habitu fidei, quod sic probatur: potest elici ab ipsis donis, vel Sapientiæ, vel Intellectus, &c. ergo. Antecedens probatur: quia huiusmodi dona sunt operativa intra lineam intelle-

ctualem; ergo poterunt elicere altiori, & perfectiori modo quàm fides illum simplicem contemplationis actum.

Objicies secundò: ex opposito: quòd talia dona nequeunt concurrere ad contemplationis actum, quod sic probatur: Quia dona perficiunt animam in ordine ad illos actus, ad quos ipsa ex speciali motione Spiritus Sancti movetur: talis non est cōtemplatio acquisita, cùm procedat ex auxilijs communibus gratiæ: ergo talia dona ad contemplationem non concurrunt. Secundò hoc idem probatur: Quia in omnibus scientijs, & si discursus præcedat, tamèn acquisita iam veritate conclusionis ipsa scientia talem veritatem contemplatur. Cùr igitur non idem Theologiæ cōtinget, quòd post quàm per discursum veritatem divinam invenerit, simplici eam actu contempletur?

29 Respondeo ad primum: Dona Spiritus Sancti non concurrere ad substantiam actus contemplationis acquisitæ (iuxtà communem providentiam, quidquid sit, an ex eo, quòd prædicta dona pertineant ad lineam intellectualem possint de providentia insolita concurrere ad substantiam contemplationis) sed concurrunt tantùm ad modum, vel quasi modum eiusdem actus, ex concursu enim talium donorum perfectior evadit contemplatio. Nec huiusmòdi concursus est extrá munus donorum, quia *vt sup. q.* 1. *art.* 7. Vidimus ex D. Thom. 2. 2. *q.*45. *art.*5. Dona non dicuntur elicere actum cōtemplationis, bené tamèn contemplationem perficere. Vndè patet substantiam huius actus debère ab alio principio (videlicèt a fide) provenire. Et hoc dupliciter ait D. Thom. *ibi:* quia vno modo perficiunt hominis contemplationem omnibus iustis communem, & hic modus perficiendi supponit cōtemplationem provenire ab auxilijs communibus gratiæ. Cūquè contemplatio acquisita ab his auxilijs proveniat manifestè sequitur dona ad ipsius perfectionem concurrere. Alio modò perficiunt contemplationis actum ab specialissima Spiritus Sancti motione provenientem, quod pertinet ad contemplationem infusam, & supernaturalem. De quo infra. Hinc patet solutio ad primam, & secundam obiectionem.

Ad tertiam respondet P. Suarez, *vbi supra* concedendo actum contemplationis procèdere indifferenter, vel ab habitu fidei, vel Theologia Scholastica, & quidèm non absquè aliqua probabilitate: nàm paritas aliarum scientiarum, quæ postquàm per demonstrationem veritatem aliquam acquisierunt posteá eandem veritatem

tem

tem sine discursu agnoscunt aliqualiter probare videtur assumptum.

Respondetur nihilominùs concedendo antecedens, & negando consequentiam, & paritatem. Cuius disparitatis ratio est quòd in alijs scientijs tám conclusio, quàm principia ex quibus deducitur pertinent ad eandem scientiam. Vndè nihil habet veritas illa conclusionis, quod intra illius scientiæ habitum, & virtutem non contineatur. At Theologia procedit frequentèr ex principijs fidei, vndè conclusio non est adæquatè intra ipsius Theologiæ habitum, sed principalitér ad fidem attinet; imò aliquæ sunt veritates, quæ solum per fidem attingi valent. Vt hæc: *Deus est Trinus, & Vnus.* Ergo solùm habitu fidei huiusmòdi veritates sunt simplici actu contemplandæ. Quapropter sicut stare potest discursus Theologicus evidens cum actu fidei de eádem veritate, vt docent nostri Salmantic. *tractatu* 17. *de Fide disputatio* 3. *dub.* 1. Ita stat quòd anima postquàm Theologico discursu aliquam veritatem fidei adinvénit, eam fide ipsa donis Spiritus Sancti adinta contempletur.

30 In calce huius articuli notanda sunt verba, quæ Valgornera affert *quæst.* 3. *de via illuminativa disp.* 1. *art.* 4. *num.* 3. Suntquè hujusmodi: *Contemplatio acquisita naturam ipsam pro principio immediato, & Deum vt auctorem naturæ pro principio primo cognoscit.* Quæ quidèm verba rectam contingere videntur cōtemplationis intelligentiam. Tùm quia loquitur de contemplatione præcisè naturali, vt est illa quam habuerunt Philosophi de Deo, vt prima causa. Tùm quia loquitur de contemplatione, quæ non est de veritatibus fidei, præcisè. Alioquìn falsum esset quod dicitur, vbi enim aliquid ad fidem pertinēs, vel ad Scholasticam Thaologiā proponitur contemplandum, non sufficit lumen naturale, sed lumen fidei requiritur.

Valgo.

ARTIC. VIII.

Vtrùm contemplatio acquisita sit diuturna?

31 DIco primò: cōtemplationem acquisitam omnino puram, & quietam non diù durare. Probatur ex D. Thom. qui sub expressis verbis huic quæsito negativè respondet 2. 2. *q.* 180. *art.* 8. *ad* 2. dicens: *Dicendum quòd nulla actio potest diu durare in summo; summum autem contemplationis est, vt attingat ad vniformitatem Divinæ contemplationis, vt dicit Dionys. de cœlest. Hierarch. cap.* 3. D. Th.

Idem sentit Cassianus *collat.* 1

cap.13. Vbi impossibile reputat animam in summo contemplationis posse iugitèr perseverare. Hæc ipsius verba: *Inhærere quidèm Deo iugitèr, & contemplationi eius (quemadmodùm dicitur) inseparabilitèr copulari impossibile est homini carnis fragilitate circundato.* Hæc sententia, vt quæ nativa hominis instabilitate fundatur, communis est apud DD.

32 Dico secundò: causa seu ratio huius instabilitatis mentis est innata fragilitas, & à sẽsibus depẽdentia. Vndè pulchrè Gregorius Magn. *in Ezech. hom.* 14. *Anima* (inquit) *ad contemplandum Deum nititur, velùt in quodam certamine posita, modò quàsi exuperat: quia in intelligendo, & sentiendo circunscripti luminis aliquid degustat: modò succumbit, quia degustãdo iterùm deficit.* Et *lib.* 3. *Moral. cap.*23. ait: *Nequè enim in suavitate contemplationis intimæ diù mens figitur: quia ad semetipsum immensitate luminis reverberata revocatur: Cumquè internam dulcedinem degustat, ire super semetipsam nititur, sed ad infirmitatis suæ tenebras fracta relabitur.* De hac infirmitate conquerebatur Augustinus *lib.7. confes. cap.*17. dicens: *Rapiebar à te decore tuo; moxquè diripiebar abs te pondère meo.* Eccè innatam fragilitatem. Oritur etiã hæc contemplationis instabilitas ex dependentia a sensibus. Ex eo enim quòd ab ipsis dependeat, homo in illa vtitur speciebus abstractis virtute intellectus agentis a phantasmatibus, ac proindè contemplatur Deum per conversionem ad ipsa. Vt docet. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 173. *art.* 4. & Dionysius *cap.*1. *de Ecclesiast. Hierarch.* §. *Et enim.* Gregorius Nazian. *orat.*2. *de Theolog.* & alij plures. Cumquè ad hoc requiratur cooperatio phantasiæ, quæ varias repræsentationes efformat, indè est quòd mens perturbetur, & impediatur nè diù fixa in contemplatione permaneat.

Greg. Magn.

Augustinus.

33 Oritur secundò ex ipso appetitu sciendi: Nam quandò anima in summo est contemplationis, reflexione quadam scire vult quod cognoscit, ex quo ab obiecto contemplationis atquè ipsius quiete retrahitur: etenim obiectum contemplationis non est contemplantis cognitio, sed solus Deus. Vndè cõmune præceptum spiritualium Magistrorum est animam ad perseverandum in illa quieta contemplatione, nihil de eo, quod cognoscit cogitare debère, sed directè quantùm possit oculus mentis in Dei magnitudine in confuso, sincérè, & attentissimè figere.

34 Dices contra primum assertum: Plures sunt qui diù in contemplatione permanent,

eò quòd habitum contemplandi per actuum repetitionem acquisierunt: ideoquè quoties, & vbiquè si velint, in hac quieta contemplatione se constituunt.

Sed certè quàmvis videatur nonnullos diù in contemplatione perseverare, non ita res est, illa enim non est pura contemplatio, sed effectus ex ante habita contemplatione relictus. Vnde inquit D. Thomas *loc. proximè cit. ad 2. Etsi quantum ad hoc contemplatio diù durare non possit, tamèn quantùm ad alios contemplationis actus potest diù durare.* Huiusmòdi sunt vehemens in cõtemplatum objectum affectus, facilitas elevandi mentem in Deum, rerum creatarum displicentia, habitualis promptitudo iterùm ad contemplationem revertendi, quæ ex ipso habitu contemplationis accrescit.

D. Th.

35 Inquires: quid faciendum cùm anima in contemplatione posita ab illa quiete imaginationis inquietudine, & specierum varietate perturbari se sentit? Respondeo: debère quidèm suavi modo animam ad ipsam quietem allicere mentẽ, vel aliqua sentẽtia Sacræ Scripturæ, vt est illa: *Revertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*, vel aliqua brevissima, sed devota, & efficaci consideratione. Quòd si nec hoc sufficiat, expertam audiat Seraphicam Doctricem Theresiam *Mansione* 4. *cap.* 1. *Ansi como no podemos tener el movimiento del Cielo; sino que anda apriessa con toda velocidad, tampoco podemos tener nuestro pensamiento, y luego veremos todas las potencias del alma con él, y nos parece que estamos perdidas, y gastando mal el tiempo que estamos delante de Dios. Y estase el alma por ventura toda junta con él en las moradas muy cercanas, y el pensamiẽto en el arrabal del Castillo, padeciendo con mil bestias fieras, y ponzoñosas, y mereciendo con este padecer. Y ansi no nos ha de turbar, ni lo hemos de dexar, que es lo que pretende el Demonio, por la mayor parte todas las inquietudes, y trabajos vienen por este no nos entender...... Y ansi no es bien que por los pensamientos nos turbemos, ni se nos de nada, que si los pone el Demonio cessan con esto, y si es, como lo es, de la miseria que nos quedò del pecado de Adan con otras muchas, tengamos paciencia..... Y no nos trayga inquietas, y afligidas, sino que dexemos andar esta tarabilla de molino, y molamos nuestra harina, no dexando de obrar la voluntad, y entendimiento.*

Psalm.

S. Therese.

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA.

DE CONCOMITANTIBVS CONTEMPLAtionem acquisitam.

POstquàm de contemplatione acquisita secundum se, dequé ipsius egimus causis, de ipsam consequentibus, & concomitantibus nobis restat agendum. Hæc autem sunt in triplici differentia. Primò enim aliqua subsequuntur per modum proprietatis, & hæc dicuntur dispositiones concomitantes. Secundò per modum accidentis, hoc est accidunt illi ex ordinatione divina. Tertio aliqua commitantur contemplationem ex parte subiecti, de quibus omnibus nobis in hac quæstione sermo erit.

ARTIC. I.

Vtrùm sit proprium contemplationis delectationem spiritualem causare?

1 DIco primò: contẽplatio acquisita habet delectationem spiritualem causare, qua nulla maior inter humanas delectationes invenitur. Est expressa conclusio D. Thom.2.2. *quæst.*18**o.** *art.* 7. Vbi postquàm duplicem huius delectationis assignavit causam, nempè, & contemplationem ipsam, & ipsius contemplationis obiectũ, subdit: *Quià ergo vita contemplativa præcipuè consistit in contemplatione Dei, ad quam movet charitas; indè est quòd in vita contemplativa non solùm est delectatio ratione ipsius contemplationis, sed etiam ratione ipsius divini amoris: & quantum ad vtrumque eius delectatio omnem delectationem humanam excedit. Nàm, & delectatio spiritualis potior est, quàm carnalis, vt sup.*1. 2. *quæ.*31. *art.* 5. *habitum est, cùm de passionibus ageretur, & ipse amor, quo ex charitate Deus diligitur omnem amorem excedit. Vnde Ps.*33. *v.*9. *dicitur: Gustate, & videte quoniàm suavis est Dominus.*

D. Th.

Ec

Et quàmvis D.Th. loqui videatur de delectatione ex actibus contemplationis, & amoris sequta, revera delectatio est de obiecto contemplato, & amato. Nam contemplationis obiectum est Deus vt amatus per charitatem, vt ipse D.Th. paulò ante dixerat his verbis: *Alio modo contemplatio redditur delectabilis ex parte obiecti, in quantùm scilicet rem amatam contemplatur.*

2 Dices: saltim delectatio ex ipso actu contemplationis proveniens non videtur esse propria contemplationis Evangelicæ, cùm etiam quæ merè Philosophica contemplatio est delectationem causet. Cuius rei plurima suppetunt exempla, colligíturque ex ijs, quæ dicta sunt. *quæs.præced.art.1.num.2.* Ex quo vlterius sequì videtur delectationẽ hanc ex mero actu provenientem nõ excedere omnem aliam humanam delectationem. Præcipuè cùm & ipsa humana sit, & humano modo comparata.

Huic obiectioni facilis est solutio suppositis ijs, quæ suprà ex Divo Th. diximus, scilicèt obiectum contemplationis esse Deum, vt amatum per charitatem, ad quem velut ad finem ordinatur ipse actus contemplationis. Hinc ad primam ait D. Thom. *Vita contemplativa*

D.Th. *licèt essentialitèr consistat in intellectu, principium tamèn habet in affectu, in quantum videlicet aliquis ex charitate ad Dei contemplationem incitatur. Et quià finis respondet principio, indè est quòd etiam terminus, & finis contemplativæ vitæ habetur in affectu, dum scilicet aliquis in visione rei amatæ delectatur, & ipsa delectatio rei visæ ampliùs excitat amorem.* Philosophi autèm in delectatione, si quam habebãt, nullum aliud principium seu terminum, aut finem prætèr cognitionem habebant; cæterùm contemplativi Evangelici non in cognitione præcisè, aut in ipsa re contemplata sistunt, sed in re contemplata, vt amata, & amanda.

Ex quo ad secundam, & tertiam instantiam dicimus: delectationem hanc supra omnem humanam delectationem esse dici, non quia sit vltra humanam capacitatem, sed comparativè ad delectationes sensibiles iuxtà id quòd ait D. Thom. *Delectatio spiritualis, potior est quàm carnalis.*

3 Dico secundò: Quamvis hæc delectatio honestissima sit, tamèn plurimum refert ad spiritualem profectum ei non inhærere, eamqué removère maximè disponit ad altiores contemplationis gradus. Sic Sanctissima M. N. Theresia *Mans.4. cap.2.* vbi docet delectationes has præcipuè sensibiles nullatenùs procurandas esse,

esse, sed omnimoda affectus nuditate animam in Domini manus proijciendam. Ait itaquè: *Direisme que desta manera como se han de alcanzar no los procurando? A esto rèspondo, que no ay otra mejor de la que os he dicho Humildad, Humildad, por esta se dexa vençer el Señor à quanto del queremos, y lo primero en que vereis si la teneis, es en no pensar que mercedes, y gustos del Señor, ni los aveis de aver en vuestra vida... ...Cõviene no los procurar por estas razones. La primera, porq̃ lo primero q̃ para esto es menester, es amor de Dios sin interes. La segunda, porq̃ es vn poco de falta de humildad pensar que por vuestros servicios miserables se ha de alcançar cosa tan grande. La tercera, porque el verdadero aparejo para esto es deseo de padecer, y de imitar al Señor, y no gustos, los que en fin le hemos ofendido. La quarta, que no està su Magestad obligado à darnoslos, como à darnos su gloria, si guardamos los Mandamientos, que sin esto nos podemos salvar, y sabe mejor que nosotros lo que nos conviene, y quien le ama de verdad, y assi es cosa cierta: yo lo sè, y conozco personas que van por el camino del amor, como han de ir, que es por solo seguir à IesuChristo crucificado, que no solo no le piden gustos, ni los desean, mas le suplican no se los de en esta vida: esto es verdad. La quinta es, porque trabajaremos en valde, &c.*

S. Theresa.

Ex qua Cœlesti Doctrina infertur contemplativum nullo modo debère ad contemplationem accedere ex delectationum desiderio; sed nudum ab huiusmòdi affectu, tantũquè Dei voluntatem præ oculis habentẽ. Si tamen Dominus misericordìtèr, vt assolet, ipsi delectationes concedat, cum gratiarum actione suscipiat, non tamèn in eis sistat, sed suam excitet infirmitatem, vt ad subliniora virtutum exercitia, ferventioremquè Dei amorem progressum faciat.

ARTIC. II.

Vtrùm Recessus ad interiora contemplationem acquisitam comitetur?

4 Dico primò: Pòst longam in oratione perseverantiam, & in contemplatione profectum, pòst eximium virtutum exercitium, rerumquè mundanarum abiectionem, solet interdùm Deus animam ad intima advocare cordis, quam sensus sequuntur, ibiquè tenui sibilo pastor amantissimus dispensum occludit gregem: qui quidèm recessus infusus a solo Deo est, nèc humana industria acquisitus. Doctrina est omnis Sanctissimæ

ſimæ Doctricis Thæreſiæ, quæ *Manſ. 4. cap. 3.* aſſerit in primis hunc receſſum, ſive advocationem ad interiora proficiẽtibus cõvenire: ita enim inquit: *Tengo para mi, que quando ſu Mageſtad lo haze, es á perſonas que van ya dando de mano à las coſas del mundo, pues los llama particularmẽte para que eſten atentos à las interiores. Y aſsi creo, que ſi queremos dar lugar à ſu Mageſtad, que no darà ſolo eſto, à quien comiença á llamar para mas.*

S. The.

Quod autem in hac advocatione ſenſuum ad intima paſtoris more ſe gerat, etiam explicuit Alma Mater Thereſia *ibidem* his verbis: *Hagamos cuẽta, que eſtos ſentidos, y potencias, que ya he dicho, que ſon la gente del Caſtillo, ſe han ido fuera, y andan con gente eſtraña, enemiga del biẽ de eſte Caſtillo dias, y años, y que ya ſe han ido, viendo ſu perdicion, acercãdoſe à él, aunque nunca acaban de eſtar dentro (porque eſta coſtumbre es rica coſa) ſino ſon ya traidores, y andan al rededor. Viſto ya el grã Rey, que eſtà en eſte Caſtillo ſu buena volnntad, por ſu gran miſericordia quierelos tornar à él, y como buen Paſtor con vn ſilvo tan ſuave, q̃ caſi ellos miſmos no lo entienden, haze que conozcan ſu voz, y que no anden tan perdidos ſino que ſe tornen à ſu morada, y tiene tanta fuerça eſte ſilvido del Paſtor, que deſamparan las coſas temporalés, en que eſtavan engañados, y metenſe en el Caſtillo.*

Quòd autem hic ſenſuum receſſus acquiſitus non ſit, ſive humana induſtria comparatus, ſed divinitùs infuſus ex ipſa Sãcta Doctrice conſtat, his verbis: *Y no penſeis que es por el entendimiento adquirido, procurando penſar dentro de ſi à Dios, ni por la imaginacion, imaginandole en ſi. Bueno es eſto, y excelente manera de meditacion; mas no es eſto, que eſto cada vno lo puede hazer, con el favor del Señor ſe entiende todo, mas lo que digo es en diferente manera: acà no eſta en nueſtro querer, ſino quando Dios nos quiere hazer eſta merced.*

5 Dices: ſtatus contemplationis acquiſitæ petit, vt eius actus per auxilia communia fiant, atque adeò ne a ſpeciali auxilio vltra modum humanũ operante procedant: ergo hic ad intima receſſus, ſi proprius eſt contemplationis acquiſitæ, nõ eſt infuſus, omne enim quòd infuſum eſt à ſpecialiſſimo provenit auxilio.

Reſpondeo: Hoc auxilium omninò gratuitum non exercére ſuum influxum circa actum proprium contemplationis, ſed circa operationes ſenſuũ. Nam cùm externæ potẽtiæ, vel etiam

internæ sensitivæ simplicitatem contemplationis interdùm impediant, vt liberiùs intellectus, & voluntas in Deum dirigantur, ipse Deus, se ipso nulla interveniente humana industria sensus in intima potenti virtute convertit. Ideoquè aiebat Sanctissima Doctrix: *Es vn recogimiento, que tambien me parece sobrenatural.... Porque estos sentidos, y cosas exteriores, parece que van perdiendo de su derecho, porque el alma vaya cobrando el suyo, que tenia perdido.*

6 Dico secundò: Effectus huius recollectionis, seu recessus sensuum ad interiora sunt: Primò Dei præsentia faciliùs frui: conclusio est Almæ Virginis Theresiæ: *Porque para buscar à Dios en lo interior, que se halla mejor que en las criaturas (como dize San Agustin que le allò despues de averle buscado en muchas partes) es gran ayuda quando Dios haze esta merced.* Secundò (inquit ipsa) *es disposicion para poder escuchar al Señor.* Sic enim Deus per Psalm. loquitur: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Ad audiendum igitur quid loquatur Dominus, plurimū hæc refert recollectio, in qua omnis exterior strepitus silet. Disponit tertiò animam huic assentientem vocationi, ad altiora, & sublimiora contemplationis capessenda, quod significavit Alma Mater illis verbis: *A quien comienza á llamar para mas.*

S.The

Psalm.

7 Dices: Potentiæ sensitivæ non sunt capaces audiēdi, aut sentiendi spiritualem Dei vocationem, iuxtà illud Apostoli 1. *ad Chorint.* 2. v. 14. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei:* Quomodò ergo sensus ad interiora vocantur mediāte hoc divini pastoris sibilo? 1. ad Chorin.

Respondetur ex doctrina D. Thom. 3. *p.* q. 79. *art.* 1. *ad* 3. *Quod licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ; ex anima tamèn redundat effectus gratiæ in corpus, dùm in præsenti membra nostra exhibemus arma iustitiæ Deo.* Et q. 26 *art.* 7. *ad* 7. ait: *Fervor charitatis in hoc consistit, quòd dilectio, quæ est in superiori parte, sui vehementia vsquè ad permutationem inferioris partis redundet.* Sic igitùr, sibilus ille tenuis Pastoris Divini in superiori animæ parte sonat, ex fervore autèm charitatis in corporea membra redundanti omnes exteriores potentiæ in interiora feruntur, suavitèr quidèm, sed fortitèr, & efficacitèr. D. Th.

8 Quæres: quid sit ex parte animæ faciendum, vt hic inferior recessus, aut recollectio non frustretur, aut conservetur? Resp. ex doctrina Sanctæ Matris nostræ Theresiæ, nihil aliud

esse

esse faciendum quàm Deo attentè, sine discursu tamen assistere, ipsiusquè salutare præstolari cum silentio, nequè enim expedit aliquam adhibêre solicitudinem ad tenendos, & conservandos sensus in illa quiete, & recessu, triplici ratione. *La primera* (verba sunt Seraphicæ Doctricis Theresiæ) *que en esta obra de espiritu quien menos piensa, y quiere hazer, haze mas. Lo que hemos de hazer es pedir como pobres, y necessitados delante de vn grande, y rico Emperador, y luego baxar los ojos, y esperad con humildad. La segunda razon, es, que estas obras interiores son todas suaves, y pacificas, y hazer cosa penosa, antes daña que aprovecha (llamo penosa fuerça, que nos queramos hazer, como seria detener el huelgo) sino dexarse el alma en las manos de Dios. La tercera es, que el mismo cuidado, que se pone en no pensar nada, quizà despierta el pensamiento à pensar mucho.*

S. Thr.

ARTIC. III.

Vtrùm quies spiritualis inveniatur aliquandò in contemplatione acquisita?

9 HVic quæsito affirmativè respondet Seraphica Doctrix Therisia. *Via perfect. cap. 31.* his verbis: *Del recogimiento interior, que arriba hemos dicho, nace algunas vezes en el alma vna quietud, y paz interior muy regalada, que no pareze le falta nada: porque la pone Dios cabe si, y junta con su presencia; y le dà vn sosiego de las potencias, y quietud del alma, q como por señas le dà a entẽder a q̃ sabe lo q̃ se da a los q̃ el Señor lleva a su Reyno.* Et hãc quietẽ quàsi definiens addit. *De suerte, que podemos dezir, que esta oracion es vn contento quieto, y grande de la voluntad: por lo qual siente la voluntad en lo interior de si mesma vna grande satisfacion, y regalo.*

S. Thr.

10 Differt igitùr hæc quies a recessu, seu recollectione, de qua *articulo præceden.* egimus, in hoc, quòd in recollectione illa sentit quidèm anima se ad interiora cum suis potentijs introduci; attamẽ quia sensus nõdum plenè ad veri Domini præsentiam rediguntur, licèt proximè sistant, relinquitur locus vt ipsi proprijs operationibus bonum illud quærant, quod proximè inveniendum putant. At veró in spirituali hac quiete tàm anima, quàm eius potentiæ, corporalesquè sensus suo modo, coram dilecto constituuntur: quadãquè satisfactione concepta suavissimis, & fortibus charitatis vinculis constringi se sentiunt, atquè in huiusmodi vincula potẽtias conijci,

vt bonū sibi degustent, & cum Apostolo Petro superna dulcedine delibata dicunt: *Bonum est nos hic esse.* Totum hoc complectitur Sanctissima Mater nostra Theresia, *via perfect. cap.* 13. dicens: *Viene junto con esta quietud vna gran satisfacion en el alma, y deleyte en el cuerpo, porque el alma està tan contenta de verse junto à la fuente, que aun sin bever està ya harta; no le parece ay mas que desear: las potencias sossegadas, que no osan bullirse, aunque no estan perdidas, que las dos (conviene à saber el entendimiento, y la memoria) estan libres, sola la voluntad es la cautiva, y vnida con Dios.*

Lucae 6 v. 33.

S. The.

In eundem ferè sensum loquitur Rusbroquius *lib.* 2. *de Ornat. spiritual. Naptiar. cap.* 9. dicens: *Oritur autem ex hac dulcedine casta quadam, & omnium sensitivarum, sive corporalium virium voluptas, quam qui experitur, intrinsecus divino amoris amplexu circumdatus, ac circumplexus sibi videtur. Quae quidem voluptas, & consolatio interna corpus, & animam longe copiosius afficit, quàm omnis omninò possit terrena voluptas. Enimverò in hac castissima voluptate per sua dona Deus in cor hominis tanta cum sensibili consolatione, & gaudio sese dimitit, ac illabitur, vt cor intus redundet, ac superfluat.*

Rusbr.

11 Neque ex eo quòd dixerit SS. Mater, quòd voluntas est Deo vnita, & Rusbroquius: *Circumplexus sibi videtur,* significare volunt, animam per hanc elevationem ad vsquè perfectam vnionem cum Deo pervenire. Vnio enim perfecta, quam Sancta Mater Theresia vnionis orationem appellat, à solo Deo procedi, vt ab operante voluntate quasi merè passivè se habente in quo ab vnione activa propria huius quietis differt. Et ideo aiebat Seraphica Doctrix Theresia, *via perfect. cap.* 31. *En esto se diferencia esta oracion de quietud à la de vnion: porque entonzes el alma aun solo tragar este mantenimiento no haze, dentro de si lo halla sin entender como lo pone el Señor. Aqui parece, que quiere que trabaxe vn poquito, aunque es con tanto descanso, que casi no se siente.*

12 Dico secundò: Effectus huius quietae elevationis, praeter dicta, sunt ex nostro Philippo a SS. Trinit. *p.* 3. *de via illumin. tract.* 1. *art.* 2. *Pax interna remanens etiam transacta illa quiete. Profunda humilitas, habilitas specialis, & dispositio ad exercitia spiritualia. Lux Coelestis in intellectu, in voluntate firmitas ad bonum, & reliquas virtutes.* Maximè verò quaedam amoris scintilla, quam ipse Deus, qui ignis consumens est,

N. Phi. a Trin.

est, sua præsentia in anima relinquit, quæ cùm ad ipsum accedat, divini amoris incendia nequit non sentire, in ipsoquè amore effervescere, suavitèr tamen, & dulcitèr. Vndè aiebat Seraphica Mater: *Es tambien esta oracion vna centellica, que comienza el Señor à encender en el alma, de amor suyo, y quiere que el alma vaya entendiendo este amor con regalo.*

S. The.

13 Inquires: Vtrùm hæc spiritualis quies sit eorum propria, qui proximè disponuntur per contemplationis acquisitæ exercitium ad vnitivam contẽplationem infusam?

Resp. affirmativè cum Sancta Matre nostra Theresia *cap. 15. suæ vit.* Vbi sic ait: *Esta centellita es señal, y prenda de que Dios toma aquella alma para mayores cosas, si ella se aparexa para recibirlas.* Et ratio huius est: Quia huiusmodi quies, seu elevatio est accessus ad Deum, & per consequens per ipsam approximatur anima ad vnionem passivam cum ipso Deo. ¶ Dices hæc elevatio, sicùt, & præcedens, quandoquè conceditur etiàm incipientibus, vt tenet Seraphica Doctrix *Mans. 4. cap. 1.* non posse affirmans certam assignari regulam pro collatione huius quietis: ita enim ait: *Ni ay regla cierta, porque lo da el Señor a quien quiere, y quando quiere, y como quiere: y assi suele hazer esta merced à principiantes algunas vezes.*

Ita certè: nàm cùm in Deo ordinatissimè sit pro ratione voluntas dona gratuita cui voluerit concedere valet. Cæterùm regularitèr, & seclusa speciali providẽtia sublimes gratias non nisi dispositis concedere assuevit. Sic similitèr spiritualis quies non nisi dispositis, & proficientibus communitèr, incipientibus raro cõceditur. Ideò notanter dixit Seraphica Mater: *Algunas vezes.* Et hoc meo videri, communitèr fit per modum transeuntis, non permanentèr, hoc quippè ad infusam contemplationem dispositorum proprium est.

ARTIC. IV.

Vtrùm quies, quam aliqui spirituales sentiunt, sit semper à Deo immissa, sive infusa?

14 Dico primò: Non omnis quies in cõtẽplativis reperta a Deo infusa censenda est. Nam datur aliqua quies mentis proveniens ex antecedenti sensuum ministerio, quandò scilicèt quis meditatur, aut fortasse contemplatur aliquòd obiectum, ex cuius contemplatione tota mens in Deũ dirigitur, ad eum quiete inspiciendum, cumque amandum: quam quidem quietẽ latẽ

talem appellat D. Thom. sive excessum mentis, sive extasim, sive raptum, dicens *q. 13. de Verit. art. 2. ad 9.* *Quandoquè enim intelligitur abstractio ab exterioribus quantùm ad intentionem tantum, vt scilicet cùm quis exterioribus sensibus, & rebus vtitur, sed tota sua intentio divinis inspiciendis, & diligendis vacat, & sic in excessu mentis, sive extasi, aut raptu est quilibet divinorum contemplator, & amator.* Differt autèm hæc quies ab infusa, in hoc quòd infusa non fit humana aliqua industria, gaudiumquè, & delectatio, quam causat adhùc quiete transacta perseverat. Hæc autem intentionalis quies etsi bona, & dispositio quodammodó sit ad quietè Deum contemplandum, non tamén ad superiora animam elevat, & merè contingenter se habet ad perseverantiam in quieto contemplationis exercitio.

D. Th.

15 Dico secundó: Est, & alia quies a Dœmone conficta cum quadam sensibili delectatione, qua solet incautos deludere. Nàm cùm ipse possit in membra, & potentias materiales, quales sunt sensus, & cor hominis immittere qualitates, easquè immutare, predictam delectationem causare valet, ac per consequens cõfingere quietem similem, apparenter saltim, a Deo immissæ. Sed a fructibus vtriusquè differentia innotescet. Nam quæ a Dœmone est, inquit N. Philip. a Trinitat. *loc. sup. cit.* *Post quietem succedit turbatio, defectus humilitatis, inhabilitas, ac indispositio ad exercitia spiritualia, nec intellectui lux, nec voluntati firmitas in bono relinquitur.* Secundò non disponit ad vniversalem, & vniformem divinæ perfectionis cõtemplationem, sed potiùs multiplicitatibus, & singularitatibus animam illaqueat, eamquè a quiete contemplationis avertit. Sic N. R. P. Fr. Ioseph a Iesu Maria *2. p. Ascens. anim. ad Deum lib. 1. cap. 6.* Et Seraphica Doctrix Theresia *cap. 15. suæ vit. post medium*, ita ait: *Esta oracion de quietud se siente à mi parecer quando es de espiritu de Dios, y si es del Demonio el alma exercitada pareceme que lo entenderà, porque dexa inquietud, y poca humildad, y poco aparejo para los efectos que haze el recogimiento de Dios, no dexa luz en el entendimiento, ni firmeza en la voluntad.*

Philip. à Trin.

S. The.

16 Inquires: qua via anima experta hanc Dœmonis immissionem a vera quiete discernat? Respond. hanc discretionem facillimi esse negotij. Nàm cũ hæc Dœmonis quies delectationem causet non in anima, quæ illi non subditur, sed in membris, & potentijs corporeis, in quæ ipse agere potest, ex

hac

hâc solâ diversitate percipi posset differentia inter quietem veram, & falsam; quæ enim vera est præcipuè animam delectat, & ex ipsius effluentia delectatio redundat in corpus, è contrà verò falsa quies non solum non delectat animam, quin potiùs ariditate exasperat, mœstitia afficit, & ipsius quietem perturbat, vndè vel modica experientia ad discernendum sufficit inter vtramque.

17 Dico tertiò: Est, & alia quies falsa a Dœmone itidèm procurata, licèt non causetur ex immutatione sensuum, est enim quædam ociositas, aut totius operationis suspensio, quam quidem docuere nonnulli hæretici inter quos fuere Beguardi, incautis suadentes nihil antè Deum esse cogitandum, aut intelligendum, nequè circa ipsum aliquem actũ intellectus, aut voluntatis esse ex industria efficiendum, aut procurandum. Quem novissimè suscitaverat Michael de Molinos, propositione 13. damnata a Sacro Inquisitionis Tribunali, suo nuper Edito Decreto contra errores prędicti Authoris. Contra quos optimè insurgit Rusbroquius *de orat. spirit. Nuptiar. lib.2. cap. 76.* his verbis: *Vbi igitùr quispiam secundùm sensus nudus est, & liber ab imaginibus, & absquè vlla actione, secundùm supremas vires huius sectatores abeunt sessum, manentquè quieti, & otiosi absquè vlla, vel interna, vel externa exercitatione, quo optata potiantur requie, nec aliundè impediantur. Verùm hoc pacto quieti dare operam, nefas est, & illicitum; huiusmodi namquè quies quandam in homine cæcitatem, & ignorantiã nihil sciẽtem adducit, efficitquè vt absquè omni actione totus iners in se ipso subsistat.* Et oppositum in quiete a Deo causata evenire explicans, asserit in ea, licèt sit abstractio a sensibilibus, non tamen absquè omni cognitione, aut affectione. *Est igitur* (inquit) *quies hæc supernaturalis illi, quæ in Deo possidetur, quasi planè contraria: quandòquidem ea spiritus liquefactio est, cum simplici quodam in incompræhensibilem charitatem prospectu coniuncta.*

Rusbr.

Hîc itidèm error Theresiacæ ferulæ submissit manum: ipsum enim confutat *Mans. 4. cap. 3.* his verbis: *No nos hemos de estar hechos bobos, que lo queda harto el alma quando à procurado esto, y queda muy mas fria, y por ventura mas inquieta con la fuerça que se ha hecho à no pensar nada.* Videatur Gerson *considerat. 8 de Myst. Theologiæ.* S. The.

18 Dico quartò: Est & alia falsa quies potentiarum, ortum ducens ab adversis qualitatibus, præcipuè ab atrabili. Hanc optimè detegit Mysticus N.

Doctor

S. Ioan à Cruc Doctor Ioannes a Cruce in *Ascens. Montis Carmel. lib. 7. cap.* 13. his verbis: *Aunque se vea que no puede discurrir, ni pensar en las cosas de Dios, y que tampoco le da gana de pensar en las que son indiferentes, podria proceder de melancolia, ò de otro algun humor puesto en el celebro ò coraçon, que suelen causar en el sentido cierto empapamiento, y suspension, que le hazen no pensar en nada, ni querer, ni tener gana de pensarlo, sino estarse en aquel embelesamiento sabroso, contra lo qual ha de tener la tercera* (loquitur de signis relinquendi meditationem) *que es noticia, y atencion amorosa en paz, como avemos dicho.*

ARTIC. V.

Qualitèr contemplativus se gerere debeat in hoc statu quietis spiritualis?

25 DIco primò: quod cum in oratione quietis talem anima, & corpus delectationem percipiunt, qualem nulla res externa causare valet, ne huiusmodi delectatio contemplationis puritatem impediat, debet anima quantùm in se est præfatam suavitatem abijcere, nequè in ea degustanda immorari, sed ab ea ad intuitum divinæ maiestatis, & ad illius simplicissimæ bonitatis, & perfectionis amorem transire. Doctrina hæc est Mystici Doctoris nostri D. Ioannis a Cruce, ab ipsoquè perpetuò tradita vbicumquè de hac re loqui cõtigerit. Apum exẽplo eam præclarè explicat Rusbroquius *de ornat. spirit. Nup. lib. 2. cap.* 22. his verbis: *Faciet igitur hic qui ita sentit, si tamen sapiens, & intelligens est, quod apis solet, & cum ratione, ac discreta consideratione ad dona ea omnia, omnemquè suavitatem, quam sentit vnquàm, & cuncta sibi divinitus collata, ac præstita bona convolabit, & charitatis, intimæquè considerationis radio quidquid est huiusmodi multiplicium bonorum, & consolationum, degustabit quidèm, & in nullis omnino quorumlibet donorum Dei floribus requiescet, quin potius laude, & gratiarum actione onustus ad eam revolabit vnitatem, vbi cum Deo in omnem æternitatem quiescere, & commorari decrevit.* Rusbr.

Quo facto, & si Dæmonis fraude talis quies, & suavitas confictæ essent, nullatenùs nocebunt. Etenim si hac ipsa fraude Dæmonis anima ad magis Deo inhærendum per intellectum, & voluntatẽ vtatur conspiciens inimicus suas ad inventiones in propriam verti perniciẽ abscedet protinus, ipsaquè anima maius reportabit præmium, novamquè victoriam.

Se-

20 Sequitur igitùr ex hac doctrina animam in hac quiete positam, activè debére procedere in contemplando, & amãdo Deũ, leniter tamẽ, & sine discursu, ac multiplicitate actuũ. Quo circa aiebat Seraphica Doctrix Theresia *cap. 15. suæ vitæ: Importa mucho que el alma en el tiempo de esta quietud vaya con suavidad, sin ruido; llamo ruido, andar con el entendimiẽto buscando muchas palabras, y consideraciones para dar gracias por esse beneficio.... Estos discursos suelen ser vnos leños grandes puestos sin discrecion, para ahogarse esta centella, y assi lo que mas importa, es que se humille, y con humildad diga algunas palabras, como son: que tiene que ver el siervo con el Señor, la tierra con el Cielo? O otra palabra suave de rato en rato, como quien da vn soplo en la vela (quando ve que se ha muerto) para tornarla à encender; mas si ella està ardiendo, no sirve sino de matarla (à mi parecer) digo que sea suave el soplo, porque por concertar muchas palabras, ò razones con el entendimiento, no ocupe la voluntad, y la lleve tras de si.* Idem ferè habet *Mans. 4. cap. 3. & cap. 31. viæ perfectionis.* *S. Theresia.*

21 Pro ijs autèm, quibus imaginatio molesta esse solet (neque enim in hac quieta cõtemplatione existentes ab ipsius perturbatione liberantur) hoc accipe ex ipsa Sacra Magistra documentum *cap. 31. cit. Estando el alma en esta quietud, suele andar el pensamiento, ò entendimiento tan remontado, como si en su casa no passasse aquello. Y entonzes la voluntad no haga caso del entendimiento, ò imaginacion, porque si le quiere traer à si, forçado se ha de ocupar ella, è inquietar algo, y assi no servirà mas de trabajar ella, y no ganar mas, y vendrà à perder lo que le da el Señor, sin ningun trabajo suyo.* *S. Theresia.*

22 Sequitur secundò ex præiacta doctrina: quòd etiam si hæc quies eo vsquè crescat, vt ad somniũ spirituale perveniat non tamen potentijs talis concedenda est suspensio, quæ omnino inhabiles reddat ad aliquid cogitandum. Vera namquè quies non semper suspensionem causat, nequè in eodem statu suspensionis semper sistit; hinc igitur est quòd quandò ab attentione in Deum divertitur, vsu alicuius eget considerationis, vt iterum mens ad Deum revertatur. Ideoquè V. Henrich. Suson. aiebat *Epist. 10. Sed quia ob corporis infirmitatem non potest anima pro dignitate purissimo illi bono nudè semper inhærere, debet sanctas quasdam imagines habère, per quas rursum intrò reducatur.* Et Sancta Mater Theresia *cap. 14. suæ vitæ. Quando ay vn* *Henric. Susoni.* S. *The.*

S *sue-*

sueño, que llaman espiritual; que es algo mas que lo dicho, pareceles es quietud esta, y dexanse embebezer, y mientras mas se dexan, se embebecē mas, porque se enflaquece mas el natural, y à ellas les parece arrobamiento, que no es otra cosa que estar perdiendo tiempo, y gastando la salud. Por donde quando ay en el alma vn embebecimiento ordinario, que parece estar siempre en vn ser, no lo tengo por seguro, ni me parece es possible estar en vn ser el espiritu del Señor en este desierto.

23 Sciant autèm tàm anima, quàm eius director, non omnes effectus quos enumeravimus, statim ac semel Deus animam ipsam ad hanc quietem elevat, adipisci, aut causari, sed paulatim iuxta perseverantiam in observantia præceptorum, & acquisitione virtutum. Ideoquè summo studio anima, cui aliquandò hæc quies conceditur, vitare debet occasiones peccandi; adhuc enim exiguæ virtutis est, facileque tentationi succumbet. Hoc admonet Seraphica Doctrix *Mans.* 4 *cap.* 3. dicens: *Tampoco se entienda que de vna vez, ò dos, que Dios haga esta merced, quedan todos estos efectos, sino que es necessario que vaya perseverando en recibirlas, porque en esta perseverancia irà bien; y assi conviene mucho apartarse de las ocasiones de ofēder à Dios, porque avn no està el alma crecida, sino como vn niño que comiença à mamar, que si se aparta de los pechos, que puede esperar sino la muerte?* S. Thr.

ARTIC. VI.

Vtrùm Ebrietas spiritualis aliquando in hoc statu concurrat?

24 PRo resolutione Articuli notandum est ebrietatem spiritualem nil aliud esse, quàm quandam superabundantem dulcedinem à Deo animæ immissam, quamquè ipsa càpere impotens, penitùs extra se rapitur, eb ium morc. Hanc ebrietatem spiritualē sic definit Rusbroquius *loc. nuper cit. cap.* 20. *Est autèm ebrietas spiritualis, quādo quispiam plus spiritualis gustus, & voluptatis percipit, quàm cor illius, & appetitus, vel concupiscere, vel capere possit.* De hac loquens D. Laurent. Iustin. *lib. de Humilitate cap.* 24 *circa fin.* sic ait. *O beata ebrietas sobrietate referta, quæ pro sui exuberatione, & gustu summentem elevat in Deum, & coniungit Deo, vt fiant vnum in id ipsum!* Et D. Bernardus *lib. sentent. sent.* 32. postquam alias duas ebrietates ex dupl ci vino provenientes descripsit, de tertia, & tertio vino differens ait: *Est & aliud vinum gratiæ, quod* Rusbr. Laurēt Iustin. D. Ber.

ex botro cypri, idest Conditoris largitate decurrit: & hoc est mustum, quo sponsi filij inebriantur quod mittitur etiam in vtres novos.

Quo supposito dico in hac quiete spirituali spiritualem ebrietatem multoties reperiri: Probatur: quia sæpiùs in hoc statu Deus largitér, & affluentèr animæ communicatur: cumquè ipsa non sit penitùs disposita, & proportionata ad huiusmodi immissiones accipiendas, vtpotè quæ non omninò a rebus creatis animum evacuavit, exuperat gratia divina propriam animæ exilitatem, & limitatam capacitatem.

25 Effectus autèm huius spiritualis ebrietatis sensitivæ partis enumerat Rusbroquius *vbi supra* his verbis: *Isthæc spiritualis ebrietas gestus varios, & insolitos in homine excitat. Quidā dum sic ebrij sunt, præ gaudij abundantia in cantica, & Dei laudes prorrumpunt. Alij præ nimia cordis voluptate multas emittunt lachrymas. Nonnulli membris omnibus inquieti sunt, ita vt nunquā consistere queant, sed cursitare, saltare, tripudiare, aut etiam præ nimia vehementia manibus plaudere cogantur. Alij magnis vocibvs eam, quā intus sentiunt, testantur voluptatem. Alij præ delicijs in sensibus expertis obmutescunt, & colliquescunt. Istius modi homines modò omnes id experiri putant, quòd ipsi senserunt; alias neminem id expertum credunt, quo ipsi pertigerint sæpius etiam isti sibi persuasum habent, nunquàm se hiscè delicijs interius destituendos esse, sed nec posse destitui vnquam: alias Deum totum sibi vacare putant, nec vllis alijs perindè vt sibi. Interim etiam mirantur non omnes prorsùs spirituales, ac divinos effici. Quandoquè secum ipsi obstupescunt quidnam sit ista voluptas, vndè proficiscatur, aut quid nam sibi evenerit. Hæc nimirū secundum corporis castam delectationem, deliciosissima vita est. Nonnumquàm vsque adeò istac augescit voluptas, vt cor penitus rumpendum videatur.*

Rusbr.

Quæ omnia ex triplici proveniunt capite, in quibus ebrietas spiritualis corporeæ assimilatur. Hæc enim secundum D. Thomam 1. 2. q. 40. *art. 6.* tria habet scilicèt nimium caloris, consideratione privare, & multiplicare spiritus vitales. Sic similitèr spiritualis ebrietas calorem auget in corde, tollit omnes cogitationes, & multiplicat fortitudinem spiritus. Sic N. R. P. Fr. Ioseph a Iesu Maria *loc. superius cit. cap. 10.*

D. Th.

Fr. Ioseph a Iesu Maria

26 Plura hinc serpêre solent inconvenientia, quibus vitandis hæc accipe documenta ex Sanctorum Patrùm doctrina deprompta: In primis ergo cavenda est elationis occasio cog-

noscenda hæc omnia tibi indebita esse. *Sempèr etiam* (inquit Rusbr. Rusbroquius *loc. cit.*) *suo in corde ita sentiet, ac statuet, ac ore profitebitur, & dicet vera cum animi intentione: Domine non sum equidèm dignus vt ista mihi præstes.* Et *cap.21.* docens multùm officere posse humilitatis defectus, vitandum consulit iudicium de se ipso, quo se his dignum reputet aliquomodo: sic enim ait: *Quidpiam aut esse, aut videri velle, aut de se sentire quidpiam, & consolatione ista dignum se credere, aut eam benemeritum se esse; istbæc pruina, & flores, & fructus, virtutum animum facilè posset elidere.*

Deindè cùm nimia suavitas sensibilis nocere possit sensitivis potentijs (læduntur enim a sensibili vehementi) prudenter moderanda est huiusmodi suavitatis affluentia, resistendaquè modo, quo Alma Mater Theresia B.The. docet *cap. 19. viæ perfect.* his verbis: *Digo, que en llegando à tener esta sed impetuosa, que se mire mucho, que acaban la salud, y darà muestras exteriores, aunque no quiera, las quales se han de escusar por todas vias. Estemos con cuidado quando vienen estos impetus tan grandes para no añadirlos, sino con suavidad cortar el hilo con otra consideracion, y acortar el tiẽpo de la oracion por gustosa que sea, quando se vieren acabar las fuerças corporales, y hazer daño à la cabeça, que entodo es necessaria discreciõ.*

Audiatur insupèr illuminatissimus noster Doctor Ioannes S.Ioan. à Cruc. a Cruce *lib. 2. Ascens. Mont. Carmel. cap. 7.* Vbi omne sensibile abjiciendum penitùs docet, his verbis: *El verdadero espiritual antes busca lo desabrido de Dios, que lo sabroso, y mas se inclina al padecer, que à ser consolado, y mas à carecer de todo biẽ gustoso por amor de Dios, que à posseerlo, y mas à las sequedades, y afflicciones, que à las consolaciones dulçes: sabiendo que esto es seguir à Christo, y negarse asi mismo, y estotro por ventura buscarse a si en Dios: Lo qual es harto contrario al verdadero amor: porque buscarse assi en Dios, es buscar los regalos, y recreaciones en Dios; mas buscar à Dios en si, es no solo querer carecer de esto, y de esotro por Dios, mas tambien escoger por Christo todo lo mas desabrido, aora sea de Dios, aora del mundo .... Como la cosa mas preciosa, y mas segura que ay en esta vida, que es morir à su naturaleza, desnudandola, y aniquilandola, no solo de lo que se puede gozar, y desfrutar de propria comodidad por los sentidos, mas tãbien por las potencias assi de lo sensible, como de lo espiritual, y assi de lo Humano, como de lo Divino.*

AR-

ARTIC. VII.

Vtrùm alij effectus Divinæ dignationis in contemplativis huius status inveniantur?

27 DIco primò: præter enumeratos effectus divinæ gratiæ plura alia dona Deus concedere assuevit ijs, qui tanquàm servi fideles talenta multiplicarunt. Et in primis, vt tenet N. Philippus a Trinitate, *de via vnitiva p. 3. tract. 1. art. 5.* Concedit vnionem quandam assiduam, vel saltem frequentem animæ cum ipso Deo, spiritumquè frequenti, ipsoquè superiori impulsu moveri. Insuper in hoc statu loquitur Deus ad animam quibusdam internis loquutionibus, vel etiam externis, quæ etiàm exteriori aure percipiuntur, quæquè in superiori animæ parte indubitatam certitudinem causant: deserviuntquè vel ad solatium animæ afflictæ, vel ad eam de præsentia Dei certificandũ, vel ad ipsius animæ peculiarem profectum, ad dubia aliqua dissolvenda &c. Deindè in hoc statu Deus se se animæ per varias visiones ostendit. Quandoquè enim per visionem externã videntur Angeli, vel etiam ipse Dominus Angelorum Iesus-Christus, Beatissima Christi Mater, aut alij Sancti aliquotiès per visionem imaginariam, aut etiam intellectualem plura videntur, eaquè secreta, aut futura. Sed quia de his omnibus latè est *tract. 4.* differendum, ea pro nunc insinuasse sufficiat.

F. Phil. Trin.

28 Dico secundò: In hac quietis oratione ita anima Deo adhærère solet immobilitèr, vt de rebus externis nihil voluntas, & pars superior curare videantur, quo non obstante etiã exteriora ministeria, vt par est exercent. Quo circà Sãcta Mater Theresia *cap. 31. viæ perfect.* ita ait: *Algunas vezes en esta oracion de quietud haze el Señor otra merced bien dificultosa de entender.... Quando es grande, y por mucho tiempo esta quietud: pareceme à mi que si la voluntad no estuviera assida à algo, no podria durar tãto tiempo aquella paz; porque acaeçe àndar vn dia, ò dos que nos vemos en esta satisfacion, y no nos entendemos, (digo los q̃ la tienen) y verdaderamente vèn, que no estan enteros en lo que hazen, sino que les falta lo mejor, que es la voluntad, que à mi parecer està vnida cõ Dios* (idest vnione ordinaria) *y dexa las otras potencias libres para que entiendan en su servicio, y para esto tienen entonces mucha mas habilidad.... Porque vida activa, y contemplativa estan juntas..... Porque la voluntad està en su obra, y en su cõtemplacion: las otras* S. Th.

dos

dos potencias sirven en lo que Martha: assi que ella, y Maria andan juntas.

29 Dico tertiò: Ex hac perenni societate Marthę, & Mariæ quædam resultat habitualis Dei præsentia, quasi certa, & secura de eo quod Deus specialiter omnia animæ opera intuetur, & gubernat, bonaquè exequi, & quòad substantiam, & quòad modum inspirat, & mala fugere, ab eisquè recédere quasi cogit, & curat. In quo Dei Magisterium specialissimè anima experitur, iuxta illud Psalm. 31. v. 8. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris.* Insupèr in exequendo virtutum opera quoddam robur experitur, ortum ex sensibilis suavitatis degustatione, & contemplationis assiduitate, qua ad charitatis augmentum anima disponitur. Hoc lucrum est ex evangelico talento proveniens iuxtà explicationem D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 3. ad 3. *Dicendum quod illa virtus secundũ quam Deus sua dona dat vnicuique, est dispositio, vel præparatio præcedens, sive conatus gratiam accipientis. Sed hanc etiam dispositionem, vel conatum prævenit Spiritus Sãctus movens mentem hominis plus, vel minus secundum suam voluntatem. Vnde, & Apostolus dicit ad Colos. 1. qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine.*

Psalm.

D. Th.

His igitùr dispositionibus recensitis dignos facit Deus dilectos suos, vt in lumine contemplationis acquisitæ perseverantes, & proficientes ad altiorem contemplationem infusam, & planè divinam, quam Mysticam Theologiam SS. PP. appellant, eleventur. Ideò hunc ordinem nos sequentes statim de principio elevationis ad hanc Mysticam Theologiam tractatu sequenti agemus. Sed antequam ad illam deveniamus, vt expeditiores illum percurrere possimus sit.

ARTIC. VIII.

Vtrùm conatus ad contemplationem infusam obtinendam licitus sit?

30 AD quæsiti resolutionem supponendum est conatum, quem homo ad acquirendam contemplationem adhibére valet, esse multiplicem. Primò enim conatus potest esse Physicus, sicùt qui physicè conatur ad cõsequendam virtutem acquisibilem ex natura sua proprijs actibus physicis. Secundò conatus potest esse dispositivus positivè; nam qui scit posita dispositione physica effectum sequendum, licèt ab alio agente; hic potest modo physico ad hunc effectum consequendum quasi physicè conari dispositivè, & posi-

positivè. Potest & esse conatus negativus. Etenim qui noverit quòd sublato aliquo impedimẽto sequetur effectus, licèt non in vi dispositionis antè positæ, nec ex sua activitate, iste auferendo, vel non ponendo tale impedimentum negativè saltim disponitur ad talem effectum, siquidẽ non indisponitur physicè ad illum. Est & alia dispositio moralis, seu meritoria, & ex vi divinæ liberalitatis aptans animam, vel subiectum ad recipiendum aliquem effectum, nequè tamèn effectus in omnibus sic dispositis necessariò sequitur: sicquè adhùc hac posita dispositione absquè vlla incõgruẽtia potest Deus talem effectum non causare, vel gratiam non ponere, aut concedere.

Exemplum primi modi est acquisitio virtutum naturalũ, quæ medijs actibus acquiruntur. Secundi vero exemplum est dispositio hominis per actus fidei, spei, & pœnitentiæ ad voluntariam susceptionem gratiæ iustificantis. Etenim isti actus disponunt positivè ad gratiam suscipiendam; negativé autèm disponitur aer ad illuminationẽ solis, auferendo corpus opacum lucis ingressum impediens. Exẽplum tertij est quandò quis suis actibus consequitur amicitiam Dei per exercitium virtutũ, quo homo meretur a Deo specialem aliquam gratiam sibi concedi. Congruũ enim est vt Deus suis amicis, servisquè fidelibus aliqua concedat dona, quæ tamèn non ita ad salutem sunt necessaria, vt omnibus sic dispositis Dominus concedere teneatur, cuiusmodi sunt *Donum Prophetiæ, Gratia Sanitatum, &c.*

31 His necessariò præiactis ad articuli intelligẽtiam, Dico: Homo non potest disponi, & conari physicè, & positivè ex se ad cõtemplationem infusam, quam Mysticam Theologiam appellamus. Sic Doc. eximius Frãciscus Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 2. cap. 14. num. 5.* Vbi ait: *Advertendum est hunc modum elevationis, & contemplationis non posse ducere originẽ propriam, & quasi physicam, ex operatione ipsiusmet hominis.* Et ratio huius est: quia si hoc modo physico posset homo acquirere hanc contemplationem, non esset supra modum humanũ, ac proindè non absolutè infusa, sed acquisita: sed contemplatio de qua loquimur, & toto *tract. seq.* loquemur, non est acquisita, nec modo humano comparata: ergò non est acquisibilis medijs physicis actibus hominis. Tum et á quia vt benè ait ipse Suar. *Esset genus vanitatis, & superbiæ, & de se expositum illusionibus, & deceptionibus.* Ideoquè aiebat Doctrix Seraphica *cap. 22. sue vitæ: A mi parecer muy menos se sufre aqui, que en el primer grado de oracion, y mucho mas daña si son bienes sobrenaturales.*

Suarez

Suarez

S. Thes.


tes. Si vno tiene mala voz, por mucho que se esfuerce à cantar, no se le haze buena, si Dios quiere darsela no ha el menester dar vozes. Et paulò anteà dixerat: *Tengo para mi, que quando el alma haze algo de su parte, para ayudarse en esta oracion de vnion, que aunque luego parece le aprovecha, que como cosa no fundada se tornarà luego à caer, y he miedo, que nunca llegaràn a la verdadera pobreza de espiritu.*

32 Dixi: *Positivè:* Etenim licèt dispositione physica positiva anima non possit disponi ad dictam contemplationem, potest quàsi physicè ex se cooperando gratiæ, negativè disponi: auferendo videlicèt impedimẽta, ad hoc vt si Deo placeat, ad tam sublimem statum eam elevet. Quod quidém fit per exercitium virtutum, per negationem, & purgationem activam, passivamque tolerantiam sensitivæ partis, per exercitium cõtemplationis acquisitæ, per què alia huiusmodi hucvsque dicta.

33 Hinc sequitur quòd si quis prædicta tollat impedimẽta etiàm prævia cognitione de eo quòd hæc sit legitima dispositio ad contemplationem acquisitam, dummodò firmiter assentiat se hanc non mereri, non operabitur contra humilitatem; imò hac via potest infusa contemplatio ducere originẽ ex humanis actibus, nempè meritoriè. Ita idem Suarius. Quod nec oponitur Doctrinæ Seraphicæ Matris nostræ Theresię. Vndè resolutoriè ad quæstionem dicimus quòd conari physicé positivé ad cõsequendam hanc supremam contemplationem, licitum non est. Conari verò moralitér per remotionem impedimentorum, & licet, & laudabile est.

34 Sed inquires: Vtrùm sic disposito, aut non indisposito liceat a Deo petere hanc contemplationem? Respondetur quod petere absolutè non licet; bené verò conditionaté, si scilicèt ad maiorem Dei gloriam animæquê profectũ conducat. Ratio huius resolutionis est: quia hæc contemplatio non est necessaria ad salutẽ, pertinetq; ad gratias gratis datas, vt ait D. Th. 2. 2. q. 45. *art.* 5. *in corpor.* his verbis: *Iste gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiam, sed magis pertinet ad gratias gratis datas, quas Spiritus Sãctus distribuit provt vult: secũdum illud 1. ad Chorinth. 12. 8. Alij datur per spiritũ sermo sapientiæ.* Ergò sicùt esset contra humilitatẽ petere a Deo spiritum Prophetiæ, aut gratiam sanitatũ, si hoc peteretur absolutè, eo quòd ista ad salutem necessaria non sunt, sic elevatio ista ad Mysticam Theologiam absolutè petẽda non est, sed sub conditione maioris gloriæ Dei animæq; salutis. D. Th.

TRA-



TRACTATVS III.

DE CONTEMPLATIONE INFVSA.



IDIT Iacob ſcalam cuius ſummitas Cælum tangebat, & in cuius vertice Dominus erat innixus. Fœlici æmulatione Angeli frequētabant ſcalam ſive aſcendentes, ſive ad imá deſcendentes, ſemper tamèn ad Dominum progredientes: in ſcala enim virtutum non ſolum qui ſursùm, ſed qui deorsùm tendunt, greſſus, vtputà humilitatis, & mortificationis, ad Dominum perducunt. Per varios huius myſticæ ſcalæ gradus homo ad perfectionis apicem regularitèr aſcendit. Primò quidèm per orationem, & meditationem quærit veritatem, à maloquè recedit. Deindè vt in inventa veritate quieſcat, ſenſum purgatione paſſiva purificat, ipſiuſquè ſenſus inordinatos motus compeſcit. Prætereá in veritate Divina contemplanda modo naturali, & conſentaneo nempè eam perfidem intuendo, in virtutis proficit acquiſitione. Ac deniquè varijs adiutus favoribus, viſionibus, revelationibus, loquutionibus ad cōtemplationem altiſſimam, & planè divinam evehitur. Egimus hucuſquè de hanc contemplationem præcedentibus, diſponentibuſquè ad ipſam. De ipſa nùnc contemplatione ſeu vt Sancti Patres loquuntur Myſtica Theologia reſtat agendum, pro quo ſit.

QVÆSTIO PRIMA.

DE PVRGATIONE PASSIVA PARTIS intellectivæ.

CVM ad intuendam supra humanum modum divinam claritatem summa exigatur perfectio. Cumqué homo etiam post quám diutiús in contemplatione acquisita se exercuerit plures imperfectiones non expulerit, túm in parte sensitiva, túm in intellectiva, frequenter quippé adhoc non sufficit purgatio activa, aut passiva sensitivæ partis: ideo Deus hominem ad Mysticam sapientiam elevare volens, partis intellectivæ purgationem passivam, hoc est á sola divina providentia, & potentia ordinatam, animæ immittit. Vndé hæc purgatio initium est altioris contemplationis infusæ, & amoris vnitivi, & Mystici. Doctrina hæc est B. Parentis Ioannis á Cruce Noct. obscur. lib. 2. cap. 1. his verbis: Al alma que Dios ha de llevar adelante, no luego que sale de las sequedades, y trabajos de la primera purgacion, pone su Magestad en la vnion de amor, antes suele passar arto tiempo, y años, en que salida el alma del estado de Principiantes, se exercita en el de los aprovechados. Pauloqué post asserit purgationem passivam partis sensitivæ non esse itá rigidam. Como lo es aquella horrenda noche de contemplacion, que avemos de dezir, en que de proposito pone Dios al alma, para llevarla à la divina vnion. Est ergo purgatio passiva partis intellectivæ initium elevandi animam ad statum perfectionis, & vnionis, seu Mysticæ Theologiæ, & experimentalis sapientiæ. Ideó anté omnia de Purgatione hac sermo erit.

S. Ioan. à Cruc.

S. Ioan. à Cruc.

AR-

ARTIC. I.

Quid sit purgatio passiva partis intellectivæ?

1 DIco primó: Huiusmodi purgatio passiva partis intellectivæ, seu vt loquitur B.P. Ioãnes a Cruce obscura nox spiritus, in eo consistit, quòd ab anima subtrahitur lux in intellectu, fervor in voluntate, sensibilis suavitas indè sequuta, & quandoquè omnis etiam externa consolatio, siquidèm a pluribus creaturis, vt vilis habetur, exercitia sancta non sapiunt, & in omnibus amaritudo, & horror contra animam sic desolatam reperitur. Totum hoc attingit elegantissimè Rusbroquius *lib. 2. Spiritual. Nupt. cap. 29.* his verbis: *Christo iustitiæ sole in corde hominis supremum obtinente fastigium vt supra in tertio gradu dictum est, atquè indè iam ad humiliora declinante, divinæque illustrationis suæ radios retrahente, & hominem velut deserente; iam amoris æstus, & impatientia defervescit. Et hæc Christi occultatio, luminisque, & ardoris sui retractio prima illius in hoc gradu operatio, & novus adventus est: simùlque hic spiritualiter eiusmodi homini intùs loquitur: exi eo, quem tibi demonstro, modo: exiens igitur homo iste, miserum ac desolatum se se conspicit. Hic iam omnis amoris æstus, impetus, & impatientia mitescit, & refrigescit, & fervens æstus transit in autumnum, & opes omnes in ingentem inopiam commutantur. Tunc ergo ex quadam erga se ipsum commiseratione, querulas reddit voces quoniam amoris æstus, compunctio, & gratiarũ actio iucunda abscesserint, vbi nam consolatione interna, intimo gaudio, & gustu sensibili destitutus sit, & qui tandẽ validus amoris æstus, & dona omnia vnquam percepta, ita penitus extincta sint. Nequè secùs iam cum illo agitur, quàm cum homine erudito, sed qui postea scientiam, & operam omnem perdidit. Interim sæpe numero ob eiusmodi iacturam, natura perturbatur, & dolet. Quandoque etiam Dei permissu homo sic desolatus, insuper terrenis spoliatur rebus, aut amicis, & cognatis, & à creaturis omnibus derelinquitur, & quicquid habet sanctitatis, in oblivionem abijt, & nihil penditur totamque vitam, & omnes eius actus in peiorẽ partem hominis interpretantur: cõtemnitur item, & despicitur, & ab ijs omnibus quibuscum vivit. Interdum quoque diversorum generum morbis corripitur, aut tentationibus corporalibus, vel quod omnium gravissimum est, spiritualibus fatigatur.*

Rusbr.

tur. Sub hac igitur tanta paupertate constitutus, iam casum vereri incipit, & quadam pulsatur diffidentia, qui est extremus, & vltimus terminus, in quo citra desperationem, in gratia consistere quis potest.

2 In eundem sensum loquitur B. Laurent. Iustinian. *Perfect. Monast. cap. 18.* Estque cōmunis in omnibus sanctis huiusmodi exercitatio, sed quod màgis ad præssuram animam deducit, est quando ante hanc purgationem aliquibus visionibus, & revelationibus digna extitit, indicare omnia falsa, chimerica, ipsamquè seductricem esse suorum directorum, & Prælatorum. Quo circa aiebat B. Angela de Fulgino *cap. 91. suæ vitæ: Videte anima mea diabolum, & cordis mei malitiam: audiatis quomodo sum hypochrita, & filia superbiæ, & quomodo sum deceptrix, & summa abominatio Dei. Et ostendebam me esse filiam orationis, & ego eram filia iræ, & superbiæ, & filia diaboli. Et ostendebam me habere Deum in anima, & consolationes divinas in cœlla, & ego habebam diabolum in anima, & in cella. Et sciatis quod toto tempore vitæ meæ studui quomodo possem habere famam sanctitatis: & sciatis in veritate quòd propter malitias, & simulationes, quæ abscondita sunt in corde meo, multas gentes decepi, & sum homicida multarum animarum, & animæ meæ.* Subindequè relatis pluribus alijs imaginationibus quibus anima eius tribulata fuit, subiungit: *Sed modò postquam fui in isto statu cognosco quod inter ipsam humilitatem malam, & prædictam superbiam, est maxima purgatio, & purificatio animæ; in his enim, & per illam humilitatem veram acquiro, sine qua nullus homo salvatur: & quanto maior est humilitas, tanto maior est purgatio animæ. Vndè cognosco quòd inter ipsam humilitatem, & superbiam comburitur, & martyrizatur anima mea.... Et propterea quanto anima magis afflicta, & depauperata, & humiliata est interius, tantò màgis aptatur, & purgatur, & purificatur, vt màgis elevetur, quia nulla anima potest aliter, nec plus elevari, nisi quantum humiliatur, & profundius in humilitate complantatur, & radicatur.* Hactenùs B. Angela de se ipsa, verbis quidem simplicibus, sed apprimè expressius.

Laurēt. Iustin.

B. Angel. de Fulgn.

3 Dico secundò: Plures sunt imperfectiones, a quibus anima hoc modo purgatur. Primó, vt ex præfatis Beatæ Angelæ verbis vidimus, a superbia, ibi enim vera acquiritur humilitas. Secundò liberatur ab affectu immoderato circa visiones, revelationes consolationes, tàm spirituales, quàm sensibi-

ſibiles, experta nihil ſibi in tanta ariditate cõſtitutæ prodeſſe. Tertiò liberatur a periculo credendi plures falſas revelationes, quas dæmon in ſtatu antecedenti veris interſerit. Quartò ab imperfectionibus alijs denudatur habitualibus, relictis ex actibus præcedentibus, cum quibus ad gradum excellentiorem pervenire, aut difficillimũ eſt, aut impoſſibile. Ideó ait S. P. Ioann. a Cruce *lib. 2. noct. obſc. cap. 2. Eſtas habituales imperfectiones todos los q̃ no hã paſſado del eſtado de aprovechados las tienẽ: las quales no pueden eſtar con el eſtado perfecto de vniõ por amor con Dios..... Avia tanto que dezir de las imperfecciones deſtos, y de como ſon incurables, por tenerlas ellos por mas eſpirituales, que las primeras, que lo quiero dexar.* S. Ioan à Cruc.

ARTIC. II.

Quænam ſint cauſæ paſsivæ purgationis intellectivæ?

4 DIco primò: cauſa materialis eſt pars hominis ſuperior, intellectus videlicet, & voluntas, quorum operatio etiam perfectiſſima pluribus in hac vita eſt admixta imperfectionibus. Ob ſui enim limitationem, & infirmitatem ex originali peccato contractam quotiès modo ſibi conſentaneo operantur a perfectione in operando deficiunt. Ab his igitur imperfectionibus liberantur per hanc purgationem, licèt non totaliter, magna tamen ex parte, ideò prædictæ potentiæ proximè, & anima radicaliter, & vt earum principium ſunt cauſa materialis in qua exercetur paſſiva purgatio.

5 Dico ſecundò: Cauſa formalis clariſſima lux eſt contẽplationis infuſæ, quæ omnes animæ defectus, quantumcũque latentes, ei manifeſtat: adiunctiſquè alijs circumſtantijs, præcipuè perſonæ offendentis, & offenſæ mirabiliter illuminando, animam cruciat, intellectum tenebris obvolvit, voluntatem ad extremas anguſtias deducit. Quod nullo alio modo explicant ipſæ animæ quàm per illa verba de Chriſto (iuxta ſententiam Auguſtini) enunciata a Pſalmiſta Pſ. 87. à v. 6. *Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt. Poſuerunt me in lacu inferiori; in tenebroſis, & in vmbra mortis. Super me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* Eſt ergo cauſa formalis lux illa divina, non qualiſcumque, ſed quæ in Myſtica intervenit Theologia, ſeu contemplatione infuſa a ſolo Deo; proindeque Deus eſt cauſa efficiens Pſalm.

ficiens huiusmodi purgationis, & tenebrosæ noctis. Quod totum explicat B. P. N. Ioannes a Cruce *lib. cit. cap.* 5. his verbis: *Esta noche obscura es vna influencia de Dios en el alma que la purga de sus ignorãcias, é imperfecciones habituales, naturales, y espirituales, que llaman los contemplativos, contemplacion infusa, ò Mystica Theologia, en que de secreto enseña Dios al alma, y la instruye en perfeccion de amor sin hazer ella nada mas que atender amorosamente à Dios, oirle, y recibir su luz, y sin entender como es esta contemplacion infusa: la qual purgandola, ò iluminandola, la dispone para la vnion de amor de Dios. En la qual purgacion iluminada padece el alma gran passion, y pena à causa de dos estremos q̃ en ella se juntan divino, y humano. El divino es esta purgativa contemplacion, el humano es el sugeto del alma. y como el divino la embiste à fin de sazonarla, y renovarla para hazerla divina, quando la và desnudando de las aficiones habituales, y propriedades del hombre viejo, con que ella està muy vnida, y conformada de tal manera la desmenuza, y deshaze, absorviendola en vna profunda tiniebla, que el alma se siente ir deshaziendo, y como derritiendo à la faz, y vista de sus miserias.*

S. Ioan. à Cruc.

6 Ex quibus omnibus cõstat causam finalem vltimam huius purgationis esse purissimam vnionẽ animæ cum Deo per amorem; proximam verò esse purgationem animæ ipsius ab imperfectionibus tum intellectus, qui suo tantum inferiori modo, & limitato Deum cognoscebat, etiàm in contemplatione fidei modo consentaneo suæ limitationi, tum etiam voluntatis amantis Deum modo solùm activo, & sensibili.

7 Constat etiam quare tàm densissima tenebra obruat intellectum, obscurissimamquè patiatur noctem: cùm enim infusa lux elevet animam ad modum cognoscendi nunquam sive naturaliter expertum, videtur sibi in tenebris ambulare. Et certé ita est quod relinquitur sine lumine intellectuali naturali consono suo connaturali modo intelligendi. Vndé ista anima reputat non habére verum orationis exercitium, cùm tamen ad altiorem contemplationem vltra omnem suam industriam, & activitatem elevata sit.

Gravissimas etiam in voluntate patiuntur angustias, & anxietates: nàm cum ab eis subtrahatur lux ad cognoscendum amorem purum modò concessum, numquamquè expertum, existimant se non amare Deum, ideoquè quærunt, aut fortasse satagunt, ad pristinum amorem

redire;

redire: ille enim solùm hisce verus videtur amor. Cumquè eis in hac purgatione non permittatur ita sensibiliter, & imperfectè Deum amare, quò se vertant nesciunt, diraquè afflicti pœna sæpiùs eiulare coguntur.

ARTIC. III.

Vtrùm purgatio passiva partis intellectivæ perficiatur tentationibus contra fidem, contra spem, & reprobationis timore?

8 DIco primò: Anima in hac probatione, & obscuritate noctis constituta quasdam patitur suspiciones circa fidem, sic videlicet discurrens: quidnam foret si quæ de Christo dicta sunt, de Ecclesia, de æterna felicitate, dequè reliquis articulis fidei, vera non essent? Proh misera deceptio! Si ex vna parte homines propter proposita ab Ecclesia tanquam de fide omni prorsus carentem consolatione vitam transegerint, & post mortem in alia vita nullum laborũ præmium percipiant! Sed certè sic hæsitans anima in hac purgatione posita nullum habet peccatum, quinimò maximam meretur coronam: diram enim afflictionem patitur huiusmodi tentatione. Imò hęc tortura ideò illi intolerabilis est quia firmiter credit cũcta a Deo revelata, & ab Ecclesia proposita infallibilia esse. Vidi quandam Virginem hac impeditam tentatione, vt ei resisteret, pro qualibet Ecclesiæ cęremonia vitam libenter offerre, hocquè mirabili fervore sæpius repetebat. Quandoque vero timens ne tentationi assentiret, se ipsam de sua fide interrogãdam Inquisitoribus tradere disponebat, & a directore suo ad hoc licẽtiam exigebat. Quo quidem clarè demonstrabat se fidelissimam esse, imò hac tentatione enixè in fide fuisse roboratam. Non semel ab hac Virgine andivi id ipsum quod de se testatur S. Angela de Fulgino *loc. cit.* his verbis: *Vndè pro commutatione prædictorum tormentatorum, & tentationum, & vt Deus auferret à me prædicta, ego libenter eligerem, & vellem omnia mala, & infirmitates omnes, & omnes dolores, qui fiunt in omnibur corporibus hominum sustinère, & crederem quòd leviora, & minora mala mihi essent, quàm prædicta tormenta: Vndè pluries dixi quod pro commutatione prædictorum tormentorum, ego eligerem omne genus martyrij sustinère.* *S. Angel. de Fulgin.*

9 Dico secundó: Animæ in hoc statu positæ nonnunquã reprobationis timore, ac horrore præmuntur; cooperante desperationis tentatione vehemẽti.

ti. Nám manifestatis omnibus peccatis, defectibusquè vel minimis clarissima contemplationis infusæ luce detectis, tàm miseras se intuentes, nihilquè boni a se facti conspicientes, horrorem de se ipsis cõcipiunt, & de suis meritis (sine quibus neminem salvari cognoscunt) omninò ferè desperant, & de sua damnatione nimia anxietate timent. Ideó aiebat Sancta Angela de Fulgino: *Sciatis quod sum posita in vna desperatione, quòd nunquam habui isto modo, quia omnino desperavi de Deo, & omnibus bonis eius, & feci chartam inter me, & ipsum. Et ideò sum certa quod non est aliqua persona in mundo ita plena omni malitia, & damnãda sicùt ego sum, quia quidquid mihi concessit, & dedit ad maiorem desperationem, & damnationen permisit.*

S. Angel de Fulgin.

Huius tam diræ afflictionis motiva enumeravit, & passus est B. Iob vt ipse refert *cap. 9 à v. 11.* dicens: *Si venerit ad me non videbo eum: si abierit non intelligam. Si repentè interroget, quis respondebit ei? Vel quis dicere potest: Cur ita facis? Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur, qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, vt respõdeam ei, loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiã iustum, non respondebo, sed Iudicem meũ deprecabor. Et cùm invocantem exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, robustissimus est; si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Vnum est quod loquutus sum, & innocentem, & impiũ ipse consumit. Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.*

Iob.

10 Notandum tamen est huiusmodi effectum non esse desperationem propriè dictam, sed màgis signum doloris orti ex cognitione clariori divinæ bonitatis, & ponderatione propriæ malitiæ, & miseriæ. Imò aliquando dolor ipse timorem damnationis auget, dolet equidem se peccasse; attamen pœna crudelior videtur ipsis iustis, quàm ipsorum mereantur peccata. Quo circa ipse Iob aiebat *cap. 6, v. 1. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera. Quasi arena maris hæc gravior appareret.* Super quæ verba ait Iob.

Caie-

Caiet. Caietanus. *Per hoc clarè dicit, quòd quamvis peccaverit, calamitas tamen sua maior erat peccatis suis: & hic est singularis textus in quo Spiritus Sāctus per Iobum revelavit multos sanctos longè plus pati in hac vita, quam eorum propria peccata meruerint.* Sermo igitur a fortiori intelligendus est de peccatis venialibus, mortale enim nullum est quod non graviores pœnas mereatur.

11 Sed insurgit non levis obiectio: Deus in puniendo nō excedit quantitatem demeriti; imò commune est Theologorum Deum punire citra, præmitare vero vltra condignum: igitur contra divinam pietatem est asserere Deum Sanctis suis plus pœnæ tribuere, quàm eorum peccata merentur. Sed revera huiusmodi excessus non est assumendus, vt suplicium peccati, sed vt medicina purgativa, & vt causa maioris gratiæ respectu iustorum, ideò enim plus pati iustos vult Deus, vt plus in ipsis inveniat quod remuneret, vnde tàm longe abest hic excessus ab eo quod sit effectus iustitiæ, quod potius sit effectus misericordiæ.

ARTIC. IV.

Vtrùm alijs tentationibus perficiatur purgatio passiva partis intellectivæ.

12 Assertivè quæsito respondeo: alia enim penè innumerabilia tentationum genera in hac purgatione interveniunt. Nàm in primis conqueritur aliquoties anima de iustitia divina distribuēte superna bona, quasi ista tribuat indignis, mala autē iustis. Quocirca aiebat Hieremias *cap. 12. v. 1. Iustus quidem tu es, si disputem tecum; verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: benè est omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt?* Cùm autem sequētibus capitulis suas, & aliorum iustorum afflictiones deploret. Hiere.

13 Oritur ex hac tentatione alia: immittitur nimirū animę suggerente Dœmone periculosum tædium, quo pia exercitia ei displicent, à viaquè perfectionis sæpiùs recedere penè decernit, eo quod potius Deum offendere suis exercitijs arbitretur quàm ei placére. Proponuntur insuper ipsi animæ ea omnia, quæ ob divinum amorem relinquit, quibusque renūtiavit, quæquè legit, omniaquè perdidisse videns in impatientiam quandam prorrumpere

videtur. Similiter cum B. Iob multoties dicunt: *Pereat dies in qua natus sum...... Quare non in vulua mortus sum, egressus ex vtero nō statim perij.... Quare misero data est lux, & vita ijs, qui in amaritudine animæ sunt, qui expectant mortem, & non venit, quasi effodiētes Thesaurum viro cuius abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris: antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus, quia timor, quem timebam, evenit mihi, & quod verebar accidit. Nonne dissimulavi? nonne quievi? & venit super me indignatio.* Ast cùm ex Sacra Scriptura cōstet Iob in his omnibus non peccasse, idem de animabus similia patientibus dicendum est. Nam vt docet D. Thomas hæc verba sententiæ sunt contra se ab ipsis prolatæ, iudicantes hæc, & similia ob sua crimina meruisse: ipsas nāque tàm malè beneficijs divinis vsas fuisse videtur, vt melius esset eis si natæ non fuissent. *Iob.*

14 Timet insuper anima a Deo derelinquendam, & amarissimo hac de causa anxiatur dolore. Cum enim experta fuerit, & aliquandò audierit, se nunquam a dilectissimo sponso deserendam, nunc verò iuxta suam apprehensionem experiatur, nec orationem quidem suā audire velle; se exosam reputat, clamatque cum Hieremia: *In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos. Sed & cùm clamavero, & rogavero, exclusit orationem meam. Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis.* Quod N. V. P. Fr. Ioannes a Iesu Maria sic explicat: *in Paraphrasi ad cap. 19. Iob. Sermo graviter afflictorum proprius.* Et subiungit: *Quocirca parcendum est verbis Dei cultoribus acerbe vexatis, si dum recrudescit dolor, huiusmodi querimonijs vtātur: Deus severè me repellit, succensuit mihi, videor ei exosus, me velut hostem cædit, alijsque similibus.* *Treno.* *Fr. Ioā à Iesu Maria*

15 Ex hoc etiam aliquando suboritur acerbissima cogitatio, qua proponitur Deum animam fefellisse. Cùr (inquit) aut ad quid ad amorem suum me invitavit, & omnia propter eum relinquere fecit, si nunc nec amari a me patitur, cum iam nec aliud amare volo, nec valeo. Hæccinè fides amor est? Incautam fefellisti: quod populo Dei accidisse deplorabat Hieremias *cap. 4. v. 10. Heu, heu, Domine Deus ergòne decepisti populum istum, & Hierusalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce pervenit gladius vsque ad animam?* Quo circa Doctis. Gaspar Sanctius ita ait: *Admiratur, queriturque Propheta quod Deus ita se repentè in hostem convertit, & pro pace,* *Hiere.* *Gaspar Sāchez*

que

quia iam effulgere videbatur, gladium in ipsa etiam Iudæorum viscera distringat.

16 Dico secundò: Anima cui in hoc statu Deus se per visiones, & revelationes manifestat, gravissimam patitur confusionem: quia in hac probatione omnia falsa iudicat, sequè seductam arbitratur, cunctaquè præcedentia ex inclinatione homines fallendi ortum duxisse, præcipue suos confessarios, & directores. Ac vt vndique dolor accrescat, hoc ipsum si fateri velit, in ipsa confessione eos fallere existimat; bonam enim reputabunt (inquit) sic confitentem, cùm revera pessima sim. Quid durius animæ desideranti in omnibus Deo placére? Præcluditur enim hac via omnis consolationi aditus. Quapropter maxima in hoc statu necessaria est confessarij prudentia; commiseratione associata, nam incredibile est quot sint genera laborum, quibus anima tanquam aurum in fornace probatur, quibus referendis vix tempus sufficiet, nonnulla tetigisse sit satis.

ARTIC. V.

Vtrùm sint aliqua signa purgationem passiuam demonstrantia?

17 Dico primò: Cum effectus sint signa causarum, ad cognoscendam hanc purgationem passivã a Deo provenientem, eius effectus sunt considerandi, qui quidèm sunt in duplici differentia; alij enim sunt, qui etsi regulariter huiusmodi purgationem comitentur, non tamen inseparabiliter: vt putà tentatio contra fidem, contra spem, expoliatio externorum bonorum, persequutio, dignitatum privatio, aliaque huiusmodi. Vnde ex eo præcisè quòd spiritualis hæc omnia pati, imò & patienter ferre videatur, non colligitur certe quòd sit in hac passiva purgatione positus. Alij sunt effectus huius status ita proprij, vt ab eis rectè inferatur animam in tali statu esse constitutam. Quare.

18 Dico secundò: Cum nostro Philippo a Sanctissima Trinitate *in sua Mystic. Theolog. 1. p. tract. 1. art. 5.* Tria principaliter esse signa demonstrantia purgationem passivam partis intellectivæ. Primum est: quando in anima videntur prædictæ pressuræ; simulquè novam commisisse culpam, aut gravem, & habitualem imperfectionem habere, sibi conscia non est: præcipuè si brevi temporis intervallo de statu deliciarum, & suavitatum, quas abundè participabat, in statum miseriæ, ariditatis, & desolationis se videat transmissam. Et horum ratio est: quia non est

credibile ex vna parte Deum animam punire privatione gratiæ antea concessæ, nisi ad ipsius exercitium, & ad conferẽdam ei maiorem gratiam contemplationis infusæ absque culpa animæ, quia misericors, & miserator Dominus facienti quod est in se auxilijs gratiæ concessæ, altiorem non denegat gratiam: ergo signum evidens est saltim moraliter, animam, quam privat tali gratia, ad altiorem gradum disponere media tali privatione. Cumquè ex alia parte Dei perfecta sint opera, si iam in contemplatione acquisita huic animæ cępit suã ostendere voluntatem, & ad cõtemplationis montem evocare, cur absque animæ culpa ab incepto desistere credendus est?

19 Secundum signum est (quod eâdem ratione probatur) quando anima diutius a peccatis plenè deliberatis, etiã minimis, abstinet, nullamquè habet ad exteriora, & temporalia propensionem: nam iuxta Doctrinam D. Thomæ sine amicitia Dei moraliter impossibile est diu absque casu læthali persistere; maxime si hæc conscientiæ puritas ardenti associetur desiderio servandi se incolumẽ ab omni peccato, ad summumquè perfectionis apicem perveniendi. Hæc enim omnia in anima peccati rea nullatenus inveniuntur, ac proinde eius exercitium non pœna peccati, sed exercitatio divina censenda est.

20 Tertium signum est continua Dei contemplatio, & summa eiusdem dilectio: in medijs nãque purgationis huius tenebris anima in generali, & quasi confusa Dei cognitione, & memoria iugiter manet, ardentiquè charitatis igne, licet afflictivo æstuat, & comburitur: Hoc experiebatur Psalmista dum Ps. 38. *v.*3. aiebat: *Obmutui, & humiliatus sum, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Sed de hoc postea *art.7.* huiusce sermo redibit. Hæc sunt (inquit N. Philippus a Trinitate) purgationis huius indicia. *Psalm.*

ARTIC. VI.

Vtrum Animæ in purgatione passiva partis intellectivæ aliqua sint adhibenda remedia?

21 AFfirmative respondeo: in nullo enim statu tanta est indigentia quanta in hac purgatione passiva, in qua vt ęgrotãti animę medearis hæc adhibe remedia. Primum inter omnia, & fortasse vnicum est directio prudens hominis docti, & experti: docti inquam, vt inter bonum, & malum discernere noscat. Experti: plus enim experientia ad compassio-

passionem animæ afflictæ, quã scientia proderit. Huiusmod hominis defectum se passam sæpius deplorat Alma Mater Theresia, in plures enim hac de causa iniecta est anxietates.

22 Caveant tamen directores ne alienum a bono spiritu reputent si huiusmodi pressuram patientes documentis non assentiant, vel monitis ipsius solatium non capiant. Existimant enim ea, quæ a directore sibi dicuntur ad ipsorum tantummodo esse solatium, dicuntque intra se: si conscientiã meam noscceres, & peccatorum meorum multitudinem, quàm longe aliter sentires. Oritur hoc iudicium non ex inobedientia, sed ex persuasione quam habent omnia opera sua mala esse, Deũque minime se diligere. Hanc autem tollere præsumptionem non est in manu hominis, hoc vnum efficere valet director, certiorem reddere patientem doctrinis Scripturarũ, Sanctorumque exemplis multoties Deum hoc modo amicos probare, sciat tamen huic malo minime, vel ægre applicari medicamen posse. Test. Seraphica Doctrice Theresia *Mans.* S.Theresia.
6. cap. 1. in fine vbi ait: *Que sabrà dezir lo que ha? es indecible, porque son aprictos, y penas espirituales, que no se saben poner nombre. El mejor remedio (no digo para que se quite, que para esso no le hallo) sino es para que se pueda sufrir, es entender en obras de caridad, y exteriores, y esperar la misericordià de Dios, que nunca falta à los que en èl esperan.*

23 Secundum documentũ, & omninò necessarium est resignatio humilis in divina voluntate, quæ iustorum pœnas non solùm permittit, sed ad eorum maiorem profectum positivé vult: quòd si dicant non ad eorum profectum, sed ad sua peccata punienda id Deum permittere, aut facere, audiatur Taulerus apud nostrũ Philippum a Trinitate *loc. cit. art. 6.* in fine: *Plerique aliqua molestia gravati, ita mihi dicere consueverunt. Pater malè mecum agitur, diversis enim afflictionibus, multòque mœrore perturbor: & ego rectè cum eis agi pronuntio. Tunc illi: non, aiunt, Domine, sed mea culpa id actum: ad quos rursus ego: sive tua culpa id actum sit, sive non, crede ipsam afflictionis Crucem a Deo tibi impositam, eidemque gratias agens, sustine, & resigna te ipsum: rursùm illi: sed magna intus ariditate, & obscuritate contabesco: quibus ego: feras, aio, dilecte fili patienter, & meliùs tecũ agitur, quàm si magna, multàque sensibili devotione versareris.* Taule.

24 Remedium aliud est perseverantia humilis in oratione,

tione, assuetisquè exercitijs, exemplo Christi Domini, qui factus in agonia prolixiùs orabat: habebit forsitan, & consolãtem Angelum confortantéquè animam ad tribulationem sufferendam, quæ quidem maior est gratia quàm si penitus tolleretur. Vndè subiungit vbi supra Taulerus: *In gravissima illa pressura, & tenebrosa desolatione homine cõstituo, pressuræ omnes, miseriæ, calamitates, quas iam pridem evicerat, & superarat, iterum in eo consurgunt, denuò impugnant, totòque impetu navim illius magna cum tempestate concutiunt. Sed obsecro quicumque hæc sentis, noli timere deijci; modò navicula tua probè anchoræ fixa sit, venti ei, & fluctus obesse non poterunt. Ad mentem tibi veniat, quod Iob ait: post tenebras spero lucem. Tantùm ergo tecum maneas, nõ foras evageris, ad finem vsque tentamenta, & pressuram hanc sustine, nec aliud aliquid quæras, quo hanc evadas molestiã, sicut faciunt plerique, qui dum hanc internam pauperatem, & pressuram sentiunt, semper aliquid inquirunt, quo eam effugere possint, quod profectò officit plurimum.* Taulerus.

25 Tandem spem integram in dilecto suo reponat, Dœmonique, aut etiam suo iudicio plura contra divinam providẽtiam obijcienti, cum B. Iob respondeat *cap. 13. à v. 13. Tacete paulisper, vt loquar quodcumque mihi mens suggerit: Quare lacero carnes meas dentibus, & animam meam porto in manibus meis? Etiamsi occidat me, in ipso sperabo: verumtàmen vias meas in conspectu eius arguam.* Et motivum subiungit suæ spei: *Et ipse erit salvator meus, non enim venit in conspectu eius omnis hypochrita.* Iob.

ARTIC. VII.

Vtrum Anima amore vehementi, & famelico purificetur, & disponatur ad contemplationem infusam?

26 Dico primò: Anima in fine purgationis passivę partis intellectivæ vehementes patitur amoris impetus, & fames, quibus iam proximius disponitur ad Mysticam vnionem. Ita V. P. N. Fr. Ioseph à Iesu Maria *in Ascens. animæ ad Deum p. 2. cap. 2. lib. 1. cap. 28.* Et Mysticus N. D. Ioannes à Cruce *in Flam. amoris cap. 3. v. 3.* Vbi ita loquitur: *Esta gran hambre, y sentimiento comunmente acaeze à los fines de la iluminacion, y purificacion de el alma, antes que llegue à vnion, à donde ya los senos de las potencias se satisfacen: porque como el apetito espiritual està ya vacio,* S. Ioan. à Cruc.

cio, y purgado de toda criatura, y aficion de ella, y perdido el temple natural, està templado a lo divino, y tiene ya el vacio dispuesto, y sino se le comunica lo divino en vnion de Dios, llega à penar de este vacio, y sed, mas que à morir; mayormente quando por algunos visos, ò resquicios, se le trasluce algun rayo divino, y no se le comunica, y estos son los que penan con amor impaciente, que no pueden estar mucho sin recibir, ò morir.

27 Amor hic vehemens, etiam dicitur acutus, quia animæ intima penetrat. Sic D.Th. *in 3. p. dist. 17. q. 1. art. 1. ad* 4. vbi ait: *Acuti est dividendo ad intima rei devenire, & similiter amatum penetrat amãtem, ad interiora eius perveniens.* Est & famelicus, & insatiabiliter præmens. Vnde Rusbroq. *de ornat. spirit. nupt. cap. 55. Existit* (inquit) *& oritur hic perpetua quædam esuries, quæ nec expleri vnquã potest, & hæc est interna quædam, & avida, ac hinians vis amantis, vel amativæ, & spiritus creati ad bonum increatum adspiratio. Cum enim spiritus fruitionis vehementi desiderio teneatur, ad eàmque invitatus, & exactus à Deo omnino ad eam pertingere molitur. Itaque oritur hic perennis quædam aviditas, & fames, obtinendique desiderium, nec vnquam tamen perfectè potest voto potiri suo. Tales revera omnium, quos præsens habet vita pauperrimi sunt; maximèque inopes, siquidem gulosi, ac famelici, ac avidi sunt, eàque laborant fame, quam medici bolismum vocant; quo fit, vt quidquid interim edant, vel bibant, numquàm tamen exatientur.*

D. Th.

28 Dicitur deinde huiusmòdi affectus *vulnerativa sagitta,* quod sic explicuit Sanctissima Mater nostra Theresia: *cap. 29. suæ vitæ: No procura el alma que duela esta llaga de la ausencia de el Señor, sino hincan vna saeta en lo mas vivo de las entrañas, y corazon à las vezes, que no sabe el alma que ha, ni que quiere. Bien entiende que quiere à Dios.... O quantas vezes me acuerdo quãdo assi estoy, de aquel verso de David: Como desea el ciervo la fuente de las aguas, assi desea mi alma à ti mi Dios, que me parece lo veo al pie de la letra.* S. Thè.

29 Dico secundò: signa huius altissimæ purgationis, & proximioris dispositionis ea sunt, quæ *loc. cit.* enumerat Seraphica Doctrix. 1. odium sui. 2. fervor quidam spiritus, & amoris, quo pro obtinendo spõso libenter vitam prodigeret, ibi: *La saeta traia perece yerba para aborrecerse assi por amor de el Señor, y parderia de buena gana la vida por èl.* 3.

quæ

quædam dulcis, sed sapida pœna, qua numquam carere cupit anima; ibidem: *Esta pena es tan sabrosa que no ay contento en la vida que mas contento dé, siempre querria el alma estar muriendo de este mal.*

30 Inquires primò: Vtrùm in hoc amore moveatur anima speciali Dei auxilio? Affirmativè respondeo: nam hic amor quasi repentè evenit, & fortassè nulla ex parte animæ prævia proximé præparatione: Quocirca Seraphica Doctrix: *No ponemos nosotros la leña, sino parece que ya hecho el fuego, nos hechan de presto en él para que nos quememos.*

31 Inquires secundò: an anima ista verè Deo vnita sit per amorem? Respondeo: quòd ex hoc amore resultat quædam inchoata vnio. Infimi enim supremum, attingit supremi infimum, hæc autem amoris fames est supremum infimi modi, quo anima disponitur proximè ad vnionem cum divino sponso: vndè inchoativè per hunc amorem vnitur, ex quo ardentius in ipsius sponsi amore inflãmatur, nam motus eò velocior est quo mobile centro proximius. Vnde anima in hoc statu constituta non quiescit, sed irrequieta quærit quem diligit, donec non dimittendum inveniat.

ARTIC. VIII.

Vtrum Divinis contactibus disponatur anima vltimò ad vnionem, & quid hi contactus sint?

32 DIco primò: Divinis contactibus disponitur anima vltimatè ad contemplationem divinam, vel infusam, ortam ex vnione intima cum Deo. Ita N. R. Fr. Ioseph a Iesu Maria *loc. cit. cap.* 29. ex B. P. N. Ioanne à Cruce *lib.* 2. *noct. obsc. cap.* 12. vbi ait: *Acaece que algunas vezes juntamente con inflamar la voluntad hiere el entendimiento, con alguna noticia, y luz divina tan sabrosa, y delgadamente, que ayudada de ella la voluntad en gran manera está ardiendo en ella este divino fuego de amor en vivas llamas, de manera, que ya al alma le parece fuego vivo, por causa de la viva intelligencia que se le dà. Y este encendimiento de amor, con vnion de estas dos potencias, entendimiento, y voluntad (que aqui se vnen) es cosa de gran riqueza, y deleyte para el alma, porq̃ es cierto toque divino, y principios ya de la perfecta vnion de amor, que espera, al qual toque de tã subido sentir, y amor de Dios no se llega, sino aviẽdo passado grandes trabajos, q̃ preceden à estos* *S. Ioan. à Cruc.*

Ad-

33 Addit Seraphica Doctrix Theresia hunc contactum repentinum, & inopinatum esse, quando nempe anima casu aliquam percipit externè veritatem. Ideo ait *Mans, 6. cap. 11. Vezes ay que estandose el alma abrasando en si misma con ansias de Dios, acaeze que por vn pensamiento muy ligero, ò por vna palabra que soyò de que se tarda el morir, viene de otra parte (no se entiende de donde viene) vn golpe, ò como si viniesse vna saeta de fuego, que agudamẽte hiere..... En lo muy hondo, è intimo del alma, à donde este rayo, que de presto passa, dexa hecho polvo todo quanto halla de la tierra..... El entendimiento està tan vivo para sentir la ausencia de Dios y ayuda su Magestad con vna tan viva noticia de si en aquel tiempo, que acrecienta mucho la pena.* S. The.

34 His igitur contactibus anima liquefit; ac proinde sicut id quod liquefit, extenditur, & quasi pristinos supergreditur terminos, sic anima liquefacta: iuxta illud Canticor. 5. v. 4. & 6. *Venter meus contremuit ad tactum eius, anima mea liquefacta est.* Comparatio est Divi Thom. *in 3. dist. 17. q. 1. art. 1. ad. 4.* Vbi docet quòd hac liquefactione amititur antecedens dispositio, vt introducatur forma divinæ vnionis. Sic enim ait: *Quia vero nihil àse recedit, nisi soluto eo, quod intra se ipsum continebatur, sicut res naturalis non amittit formam, nisi solutis dispositionibus, quibus forma in materia retinebatur; ideò oportet quod ab amante terminatio illa, quæ intra terminos suos tantum cõtinebatur, amoveatur, & propter hoc amor dicitur liquefacere cor, quia liquidum suis terminis non continetur.* Cantic.

35 Dico secundò: Contactus iste, secundùm aliquorum placitum, consistit, non in immediato contactu suppositi divini cum animæ substantia, sed in contactu virtutis: quod est dicere animam attingere medijs illustrationibus, & auxilijs ei collatis. Colligitur hoc ex Dionysio *cap. 1. de Divinis Nominibus. §. Omnium.* Vbi ait: *Omnibus autem per se vniversaliter incõpræhẽsibilis est, & neque sensus eius est, neque phantasia, neque opinio, neque nomen neque verbum, neque tactus,* Eum sequuntur aliqui Doctores Mystici apud N. Ioseph à Iesu Maria *loc. cit. cap. 30.* S. Dionysius.

Alij nihilominus sunt gravissimi Anthores qui concedunt ipsam Dei substantiam attingere substantiam animæ. Ideo ait Rusbroquis *de Ornat. Spirit. Nup. cap. 55. Hanc famem, & cupiditatem spiritus internus Dei contactus in nobis efficit.... Nihil hic ratio amori vel adimere,* Rusbr.

mere,

mere, vel conferre potest, eo quòd noster amor divino contactus amore est. Et quantum equidem capio, quisquis huc pertingit non facilè deinceps vnquam à Deo poterit separari. Id ipsum insinuasse videtur Alma Doctrix Theresia *Mans. 6. cap. 2.* his verbis: *Da à entender el amado claramente, que està en el alma, y parece que la llama con vna seña tan cierta, que no se puede dudar, y vn silvo tan penetrativo para entenderle el alma, que no le puede dexar de oir. Porque no parece sino que en hablando el esposo que està en la septima morada, toda la gente que està en las otras, no se osan bullir, ni sentidos, ni imaginacion, ni potencias.*

S. The.

Vtraque hæc sententia veritatem habet quoad aliquid: nam qui dicunt solùm contactu virtutis Deum attingere creaturas, loquuntur de influentia naturali, vel si de supernaturali loquantur, ideò est quia ratione donorum existit Deus in anima, sed quidquid sit de hoc (de quo plura dũ de gradibus Mysticæ vnionis agemus) certum est iam animam his tactibus divinis approximari ad ingressum in divinam caliginem, ad contemplationemque infusam evocari, & ad Mysticam Theologiam, divinàmque vnionem invitari, vt ibi laborum fructum percipiat.

QVÆSTIO SECVNDA.

DE CONTEMPLATIONIS INFVSÆ SVpernaturalis, & Mysticæ Theologiæ actibus.

Hæc, de qua agendum est, contemplatio dicitur *infusa, supernaturalis, & Mystica Theologia. Dicitur infusa, non quia actus contemplationis infusus sit; hoc enim est impossibile, quia omnis actus vitalis, qualis est omnis actus voluntatis, & intellectus, dicit essentialiter esse á principio intrinseco vitali, á quo in genere causæ efficientis procedere debet. Quod vero infu-*

sum

sum simpliciter est, ab extrinseco provenit, & ab alio producitur effectivè, nempe à Deo. Nec similiter infusa dicitur hæc contemplatio, quia habitus, & principia proxima eius infusa sint; hoc enim modo etiam oratio contemplationis fidei, quæ à Mysticis acquisita dicitur, dicenda foret infusa. Sed ideo hæc contemplatio infusa dicitur, quia etsi vitalitér ab anima procedat, non tamen humana industria, sed modo superiori ad omnem modum humanum. Vnde principia huius contemplationis ea sunt, quæ animam ad hunc superiorem modum operandi elevant. Ex eodem principio dicitur supernaturalis. Ac denique Mystica Theologia, quia est occulta; idest solúm ex internis, & occultis divinæ lucis radijs animam illuminantibus procedens: quod ex eius diffinitionibus amplius patebit, quas iam subijcio.

ARTIC. I.

Quid sit contemplatio supernaturalis infusa?

1 DIversimodè à Sanctis Patribus contemplatio infusa, seu Mystica Theologia definitur. Primò enim Dionysius Areopagita *cap. 7. de Divinis nominibus,* sic eam diffinit: *Est dignissima Dei cognitio, per ignorantiam cognita secundùm vnionem, quæ est supra mentem, quæ est supra mentem, quæ est verè cognitionis effectiva.* Quam definitionem sic explicat D. Thom. ad hunc textum: *Quando cognoscimus Deum per ignorantiã per quandam vnitionem ad divina supra naturam mentis; quando scilicet mens nostra recedens ab omnibus alijs, & postea etiã dimittẽs se ipsam, vnitur splendentibus radijs Deitatis.* Dionys. D. Th.

Secuudò Ioannes Gerson Alphabeto 65. *Est experimentalis cognitio habita de Deo per amoris vnitivi complexum.* Gersõ.

Tertiò denique Dionysius Cartusian. *in cõment. Areopag. de Mystic. Theolo. q. 3.* de plurimorum sententia sic eam definit: *Mystica Theologia est secretissima cum Deo loquutio. Alij dicunt quòd sit ardentissima divinæ caliginis intuitio, quæ descriptio aptior videtur, quàm prima: non enim in Mystica Theologia dirigitur iugiter sermo mentis ad Deum,* Cartusianus.

sed ipsa mentis in Deum defixio, admiratio maiestatis suspensio animi in lumen immensum, ac æternale, fruentissma, ac quietissima, transformativa, seu absortiva inspectio Deitatis est Mystica Theologia. Vnde ex prædictis diffinitionibus sic breviter potest describi: Contemplatio infusa supernaturalis, seu Mystica Theologia est: *Simplex, & supra humanam industriam Deitatis intuitus, ex divina vnione cum anima ortus.* In qua definitione *Intuitus* ponitur loco generis, ratione cuius, & quia *simplex* convenit cum contemplatione acquisita, & lumine fidei comparata. Differt vero ab illa.

2 Primò: quia si sermo sit de contemplatione mere naturali, non excedit naturales vires humani intellectus: acquisita enim contemplatio habet pro principio ipsam naturalem potentiam secundum vires proprias. Si autem sermo sit de cōtemplatione per fidem, & alia dona, communi modo operantia, tunc etiam fit industria humana; infusa autem contemplatio, & Mystica Theologia omnem industriam transcendit.

Secundò: quia etsi contemplatio acquisita sit divinæ veritatis intuitus, nō est simplicissimus, quia per proprios actus sibi notos, & per conversionē, & considerationem propriam acquiritur. Ast vero intuitus Mysticæ Theologiæ absque omni varietate est: Licèt enim anima agat, sed ita suaviter vt potiùs agi, quàm agere videatur, iuxta illud Apostoli: *Qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.*

Differunt tertiò ex parte principiorum: nam contemplatio fidei ex ipsa fide symbolicè, & quasi in speculo intuetur divinam veritatem; at verò Mystica Theologia ex vi doni Sapientiæ supra industriam humanam, & connaturalem modum cognoscendi Deum intuetur.

Differunt quartò in eo quòd contemplatio acquisita apertè, vt sic dicamus, & coram veritatem divinam attingit; at verò infusa secretè, occultè, & ex intima, & secreta experientia, quam habet anima ex vnione ad divinitatē eam cognoscit, in eáque quasi absorbetur, sèque ipsam dimitens in Dei abyssum immittitur. Has omnes inter acquisitam, & infusam contemplationem differentias affert N. Philip. à Trinit. part. 2. tract. & art. 2. Solùm addenda venit auctoritas Seraphicæ Doctricis nostræ Theresiæ cap. 18. vitæ suæ, vbi hoc vltimum discrimen explicans ait: *Vengamos à lo de lo que el alma aqui siente, digalo quien lo sabe, que no se puede entender,* *S. Theresa.*

quan-

quanto mas dezir. Et paulò infra, eam à Deo didiciſſe, quód ignorabat teſtatur dicẽs: *Dixome el Señor eſtas palabras: Deshazeſe toda hija para ponerſe mas en mi, ya no es ella la que vive, ſino yo como no puede comprehender lo que entiende, es no entender entendiendo.*

3 Inquires: Vtrum idem ſemper ſit contemplatio infuſa, & ſupernaturalis, ac Myſtica Theologia? Reſpondetur affirmative ex Doctrina acuratorum Myſticorum, qui ſolùm in modo tendendi aliqualem agnoſcũt differentiam. Non enim eodem modo ſemper ſe habet mens contemplantis. Aliquando enim poſitivè, vel affirmativè Deum cognoſcit hoc eſt affirmando de ipſo ſummam perfectionem, bonitatem, ſapientiam, &c. & hic modus, ſupernaturalis, ſeu infuſa dicitur contemplatio. Quandóque verò non per affirmationem, ſed per negationem Deum intuetur, hoc eſt removendo ab ipſo omnem affirmationem cuiuſvis perfectionis, & hoc in ſuſpenſivo quodam conceptu ſiſtens, quod quidem dicitur Myſtica Theologia. Sed revera vtraque Myſtica Theologia dicenda eſt. Aſt quia hic vltimus modus occultior eſt, & Myſticũ idem eſt quód occultum, ideò per anthonomaſyam modus negativus dicitur Myſtica Theologia. Vide N. Sapientiſſimum, ſimùlque V. P. Fr. Thomam à Ieſu *lib. 5. Contemplat. divina in Prologo.* *Thom. à Ieſu.*

ARTIC. II.

Vtrùm in exercitio contemplationis infuſæ anima merè paſſivè ſe habeat?

4 Dicendum eſt nobis animam in contemplatione infuſa, quantumvis elevata non meré paſſivè ſe habere ſed revera proprias habere intellectus, & voluntatis operationes, quibus ipſę potentiæ exercentur. Ita in terminis N. Philip. á Trinit. in diſcurſ. procem. art. 3.

Probatur: Tum quia in Sacra Scriptura quælibet contemplatio, & exercitium Myſticum in abſtracto dicitur ex parte intellectus *viſio, intuitio, contemplatio, &c.* in concreto vero exprimitur per *videre, intueri, contemplari.* Ex parte etiam voluntatis in abſtracto dicitur amor, fruitio, &c. & in concreto amare frui: ſed huiuſmòdi loquutiones operationes intellectus, & voluntatis ſignificant: ergo verè voluntas, & intellectus in contemplatione infuſa operantur. Deinde contemplatio eſt actio vitalis, qua vivitur vita feliciſſima: ſed implicat actionem vitalem non provenire à principio intrinſeco per eam operãte, &

& vivente, eàmque in genere causæ principalis elicente, vt tenet communis Thomistarum sententia, dum de influxu intellectus Beati in visionem Beatificam agunt (quæ quidem visio cōtemplatione superior est) ergo in exercitio Mysticæ Theologiæ intellectus, & volūtas non se habent mere pàssivè.

5 Si autem sermo sit de principio activo, sive elevante potentias ad hoc exercitium Mysticæ Theologiæ, sive illud sit donum Sapientiæ, aut etiam altius quid, respectu illius mere passivé se habet mens contemplantis: In hoc enim sensu propriè est divina patiens. Insuper quia contemplatio hæc quietissima, & subtilissima est, ad ipsamquè movetur anima speciali Dei motione, quippe supergreditur omnem humanam industriam, & connaturalem harum potentiarum habilitatem. Ideò non absque maxima, & Mystica proprietate dicitur animam in ipsa potiùs esse divina patientem, quàm agentem: iuxta illud Apostoli: *Qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei*. Sic explicat hanc assertionem N. V. P. Ioannes á Iesu Maria in sua Mystica Theolog. cap. 6.

V. P. Fr. Ioā. Iesu Maria.

6 Ex hoc ergo constat Sanctos Patres, quando regulariter dicunt animam in contemplatione pati, & silére potentias in centrum animæ intromissas, nihil aliud significare velle, quàm summam illius operationis quietudinem, alienam prorsus ab omni varietate, & tumultu. Quocirca ait N. Ioannes à Iesu Maria loco cit. & iuxta hunc modum responderi debet eas potentias divinam caliginem ingressas, non ita silère, vt nihil omninó agāt, sed intellectum altissima, & tranquillissima contemplatione voluntatem suavissima fruitione pasci. At hęc in vnione Mystica tàm sedatè, tranquillèque fieri, vt potentiæ silére dicantur, hoc est, tā suavi Dei intùs agētis actione cieri videātur, ac si prorsus nihil agerent, sed ab alio productos actus tantummodò reciperent.

7 Inquires: Vtrùm in exercitio Mysticæ Theologiæ sicut vitalitas, & activitas propria potentiarum conservatur, sic conservetur, & libertas? Respondetur affirmativè. Colligitùrque hæc responsio ex D. Thom. 1. *part. quæst.* 82. *art.* 2. Vbi ait: *Sunt quędam habentia necessariam connexionem ad Beatitudinem, quibus scilicet homo Deo inhæret, in quo solo vera Beatitudo consistit: Sed tamen antequam per certitudinem divinæ visionis necessitas huiusmòdi conversionis demōstretur non ex necessitate Deo inhæret, neque ijs quæ Dei sunt.* Ex quo fit: In qualibet contemplatione, quantum vis *D. Th.*

ele-

elevata non manifestatur intuitivè, & adæquatè bonitas divina, quæ sola, quia summa potest necessitate, sicut satiare volũtatis habitudinem: ergo non necessariò anima inhæret Deo in hac altissima contemplatione, sed liberè. Tum etiam quia auferri videtur ab excellentissimo actu voluntatis viatoris, & ratio meriti, & laudabilitatis, quæ in actu libero solũ fundatur: ergo actus voluntatis interveniens in exercitio Mystico, liber esse debet.

8 Nec obstat quod ij, qui spiritu Dei aguntur, quales sunt qui ad hoc exercitium assumuntur, non possunt oppositum facere ex influentia divina, ac proinde nec peccare in illo instanti, imò credibile est cum principio suæ elevationis, & motionis specialis Dei non posse peccatum coniungere, nec elevari á se possunt, nec cum tali elevatione moti à contemplatione cessare, quæ omnia oppugnare videntur veram libertatem. Non inquam obest: quia ad salvandam libertatem non requiritur quòd in illa elevatione conservetur libertas ad oppositum contrariè, sed solùm contradictoriè; imò nec requiritur quòd coniungat cum illa speciali motione carentiam cõtemplationis, aut amoris, sed sufficit si cum volũtate absoluté, & in sensu, vt loquuntur Scholastici, diviso possit eam coniungere. Sicut de Christo obedienti præcepto rigoroso dicitur, & de Angelo in primo instanti suæ creationis in quo, & libertatem habuit, & peccare non potuit. Qui plura velit, Scholasticos consulat Theologos *tract. de Angelis*, & de *Merito Christi Domini*.

ARTIC. III.

Vtrum verum sit contemplationem infusam esse visionem Deitatis in caligine?

9 FRequens Doctorum Mysticorum modus loquendi est animam in contemplatione infusa videre Deum in caligine; cuius dicti sensum, & veritatem, modò investigare conamur. Supponendum igitur est hanc visionem non esse facie ad faciem, sic quippe non videbit Deum homo, & vivet, sed esse altissimam cognitionem illam, quæ in Mystica Theologia habetur de ipso Deo, de qua altissima cognitione articulo egimus præcedenti, & sequenti agemus.

Supponendum est secundò verè dici animam in contemplatione infusa divinam ingredi caliginem, in eaque habitare, & immergi iuxta illud Psalm. 17. *Nubes, & caligo in circuitu eius.* Consistit autem divina hæc caligo non in privatione, sed in excessu divinæ lucis supra facultatem humanam,

nam, intellectualitatèmque creatam, etiam elevatam quacumque elevatione, dummodo propria sit hominis viatoris. Blosius Vnde Blosius cap.12. *Spiritual Institut.* ait: *Hinc præcognitione facta sine cognitione, in solo amabili, nudo, simplici, & ignoto Deo quiescit. Lux quippe divina propter nimiam suam claritatem inaccessibilis est, vnde, & caligo appellatur.* Hæc prorsus est explicatio Dionysij Epist.5. ad Doroth. *Divina* (inquit) *caligo est inaccessibile lumen in quo habitare Deus dicitur, quæ quidem caligo aliud prorsus non est, quàm in circunscripta, ac penitùs interminata, & superfluentissima plenitudo, splendidissima pulchritudo, serenitas, & dulcedo lucis æternæ.*

10 Attingentia autem huius immensæ caligni in triplici gradu contingit. Nam primó dicitur anima *ingredi divinam caliginem* quãdo mens, purgatione passiva plenè facta, divinitùs supra se ipsam elevatur, vt Deum perfectissimum, & incompræhensibilem in se ipso pacificè contempletur, ac in ipso per amorem quiescat. Dicitùrque ingredi divinam caliginem hic in infimo gradu, quatenùs iam incipit divinam lucem attingere, *Per invisibilitatem* (vt ait Dionysius) *& in conprehensibilitatem.* Dioni. Areop.

11 Secundus gradus est: quando prædicta contemplatione, & amore mens benè disposita, divinisquè illustrationibus illuminata ardens suavitèr supra se ipsam per excessum sublevatur. Et iam non solùm ingredi, sed & *inhabitare caliginem divinam dicitur.* Vndè hic clariùs, perfectiùs, & quasi habitualiter plura de divina perfectione cognoscit mysteria.

12 Tertius denique gradus est; quando prædictis illustrationibus mens non solùm per vnionem affectivam, qualiter in duobus prædictis gradibus, sed per vnionem effectivam, experimentalem, fruitivam, & realem, quantum patitur status viatoris, Deo copulatur, ex partèque Dei dicitur: *Illapsus eius in animam, & deosculatio*, ex quo resultat altissima Dei cognitio, quæ quidem dici potest *Pacifica divnæ caliginis possessio.*

13 Prædicti tres gradus contemplationis optimè explicantur exemplo ingredientis solis sphæram (si possiblile esset) Etenim primó ad eam accedẽs propter eminentem claritatem solis in ipsa habitantis, eius oculi caligarent, quapropter rectè in caliginem ingressus homo diceretur. Deinde si accedens ad solem ipsius radijs percuteretur, illuminaretur quidèm, & clarescceret, præceden-

dentis tamen luminis nihil videret, aut nihilo frueretur. Vndé iam diceretur habitare in caligine, ficut, & ipse sol in ea lucida sphæra. Ac denique si ipsius solis substantiæ copularetur, aut vniretur, homo non quia vidit, non quia cognovit medio lumine illo obcæcante, sed quia expertus erat quid, & qualis esset solis substantia, experimentalem haberet de solis natura cognitionem. Sic igitur in nostro casu, & efficaciùs: divinam ingrediens lucem iàm præsentit caliginis illius claritatem: ingressus splendentibus solis Deitatis radijs illuminatur, cum qua in eadem sphæra dicitur habitare. Et tandem cùm iam divina dignatio ad osculũ, & amplexum animam divinum vocaverit, ei firmiter copulata cum sponsa clamat: *Invèni quẽ diligit anima mea, tenui eum nec dimittam.* Qui quidem gradus altissimus est licèt in eo sint altiores infra explicandi. Ex dictis igitur in toto hoc articulo constat qualiter illa locutio verificetur; scilicet animam in contemplatione infusa videre Deum in caligine. Vnde in ea probanda ampliùs non immoramur.

ARTIC. IV.

Vtrùm Mystica Theologia consistat in actu intellectus aut voluntatis?

14 DIco primò: in exercitio Misticæ Theologiæ plures intervenire actus intellectus, & voluntatis. Nam, relictis antecedentibus alijs, primò ex vi doni Sapientiæ elicitur actus contemplationis, qui quidèm infert in voluntate ferventissimum actum amoris, ex quo resultat strictissima vnio cum ipso Deo. Et tandem clarior experimentalis Dei notitia in intellectu secuta ex ipsa vnione. Ita noster Ioannes à Iesu Maria, in Schola orationis *tracta. 12. dub. 4.* *F. Ioã. à Iesu Maria*

Aliter alij coordinant Mysticæ Theologiæ actus: Nam primò cognita per fidem divina bonitate elicitur actus charitatis, quo anima affectivè vnitur ipsi divinæ bonitati. Secundò: movente Deo, auxilio suo speciali, donum sapientiæ fit actus contemplationis infusæ, regulantis actum ferventiorem amoris vnitivi, aut effectivi talis vnionis, ex qua vnione, & contactu divino resultat clarissima, & experimentalis Dei cognitio, quam denique sequitur vnio fruitiva in voluntate.

15 His positis: nonnulli dicunt consistere Mysticã Theologiam

logiam in actu voluntatis, qui sequitur ad contemplationem per donum Sapientiæ habitam. Estqué experientia illa suavissima Dei cum anima uniti. Sic N. Ioannes á Iesu Maria *loc. cit.* Sic alij quos suppresso nomine citat N. Thomas á Iesu *de contempl. divin. lib. 5. cap. 15.* afferunt etiam pro se D. Bonaventuram, Henrichum de Balma, & alios.

Tho. à Iesu. D. Bonaven. Henri. de Balma.

Alij tenent Mysticam Theologiam esse intimum Dei illapsum, & manifestationem, quo Deus obiectivè, & immediatè obscurè tamen, intellectui purgatissimo vnitur media specie creata, & voluntati realiter, & obiectivé. Alij consistere aiunt Mysticam Theologiam in contemplatione illa, quæ sequitur ex vnione affectiva charitatis, quæ est vnio non immediata, sed mediata. Alij denique in ea contemplatione, quæ ex vnione, & experimentali Dei gustu resultat, & in caligine divina, qua clariori, & eminentiori modo Deus cognoscitur. Hos omnes modos constituendi Mysticam Theologiam refert noster Thomas à Iesu *loc. cit.* Omnèsque probabiles reputat, præter tertium: Sed hæc eius resolutio parùm tuta nobis videtur. Quapropter etsi domesticus, bona sua venia, modò relinquendus. Duplex namque ille modus dicendi, scilicèt vnus qui affirmat consistere Mysticam Theologiam in intimo illapsu, & vnione immediata Dei per speciem creatam: & alter asserens in vnione mediata consistere, admittendus nō est. Omnes enim Mysticam Theologiam in actuali notitia sitam esse affirmant. Intimus autem illapsus est vnio per modum speciei, ex parte actus primi se tenentis, relinquentisquè potentiam adhuc perfectibilem per operationem, quæ est actus contemplationis: non igitur in illis vnionibus Mystica Theologia consistit. Vnde hac eadem ratione probant nostri Salmantic. *tom. 3.* Beatitudinem in intimo illapsu non consistere.

16 Dico igitur secundò: Mysticam Theologicā consistere in clarissima illa notitia, quæ sequitur ad gustum Dei ex vnione reali, causata effectivé à ferventissimo actu charitatis. Hæc proculdubio mens est Angelici *Præcep. in 3. dist. 31. quæst. 1. art. & quæst. 22. de virtutib. art. 11. & 22. quæst. 180. art. 1.* Vbi sic ait: *Vita contemplativa quantum ad ipsam essentiam actionis pertinet ad intellectum, quantum autem ad id, quod movet ad exercendum talem operationem, pertinet ad voluntatem.* Deinde quia Mystica Theologia est vltima perfectio ad quam homo finalitèr tendit in hac mortali vita: sed contemplatio ad amorem secuta est eiusmodi: ergo in ipsa consistit

D. Th.

stit

stio Mistica Theologia: Minor patet: nam gustus ille Dei, seu actus voluntatis gustantis ipsum Deum, non est vltimum ad quod tendit homo: ideoque ait Divus Thomas, *artic. 3.* eiusdem quæstionis: *Sic ergo contemplativa vita vnum quidem actum habet, in quo finaliter perficitur, scilicet contemplationem veritatis.* Et in fine corporis articuli: *Vltimus autem contemplativus actus est ipsa contemplatio veritatis.* Ergo hic actus contemplationis est vltimum in quod tendit homo. Prætereà: finis totius vitę humanę debet esse id quod perfectius est in ipso homine, in hocquè Mystica Theologia vtpotè perfectissimum huius vitæ est constituenda: sed perfectissimum in homine, & finis totius vitæ est contemplatio divinæ veritatis: & ideo D. Thom. *art. 4. eiusdem quæst.* ait: *Principaliter quidem ad vitam cōtemplativam pertinet contemplatio divinæ veritatis, quia huiusmodi contemplatio est finis totius humanæ vitæ:* Ergo in hac contemplotione elevatissima consistit Mistica Theologia.

Deniquè omnes sancti de Mystica Theologia differentes eam nomine cognitionis explicant. Vnus pro mille Dionysius *Divinissimam Dei cognitionem* appellat: Imò, & ipsum nomen Theologiæ id demonstrat: Theologia enim idem est quòd Dei scientia, seu cognitio: Diceretur ergo si in actu voluntatis consisteret, Mystica dilectio, aut degustatio divinæ bonitatis. Maneat igitur Mysticam Theologiam esse divinissimam Dei contemplationem experimentalem ad actum charitatis sequutam.

17 Dices cum authoribus asserentibus ipsam in actu voluntatis consistere: Divus Thomas *art. 1.* pro nobis cit. non ponit vltimum actum vitæ cōtemplativæ ipsam contemplationem, sed amorem intensiorem fruitivum ad hanc contēplationem sequutum: ait enim *Et quia vnusquisque delectatur cum adeptus fuerit id, quod amat, ideò vita contemplativa terminatur ad delectationē quæ est in affectu, ex quo etiam amor intenditur.* Ergo in hoc actu fruitionis Mystica Theologia, quæ est vltima hominis perfectio, ponenda erit. Tum etiàm quia Sancti Patres per actum voluntatis, & charitatis Mysticam Theologiam explicarunt. D. Th.

Respondetur verbis eiusdem Angelici Doctor *in eodem art.* Vbi hæc habet: *Propter hoc Gregorius constituit vitam cōtemplativam in charitate Dei, in quantum scilicet aliquis ex dilectione Dei inardescit ad eius pulchritudinem conspiciendam.* Ex quibus verbis cō- D. Th.

stat Mysticam Theologiam nō consistere in ferventissimo Dei amore, sed illum habere pro causa. Vel dic si mavis amorem nō esse constitutivè ipsam Mysticam Theologiam, benè tamen completivè: ad eum sanè modum, quo Theologi ponunt in Beatitudine charitatis actum, aut fruitionem respectu visionis, non vt constitutivum, sed vt completivum ipsius Beatitudinis.

ARTIC. V.

Vtrùm in exercitio Mysticæ Theologiæ possit inveniri actus voluntatis absque cognitione prævia, vel concomitante?

18 Respondendū est negativè; proindeque asserimus in exercitio Mysticæ Theologiæ voluntatem aliqua indigère cognitione, aut prævia, aut cōcomitante vt possit Deum amare. Colligitur hoc assertū ex Philosopho *6. Ethycor. cap. 2. & 2. de anim. cap. 3. & 7. Ethycor. cap. 11.* vbi dicit: *Voluptas, aut dolor non est, sine perceptione iucundi, vel molesti.* Et Augustinus 8. *de Trinit. cap. 4. & lib. 10. cap. 1.* Docet nullo modo voluntatem posse ferri in incognitum. Et Divus Thom. hoc idem sæpiùs asserit *& 1. par. quæst. 80. art. 2.* distinguit appetitum rationalē ab appetitu naturali, seu innato, & ab appetitu sensitivo, in hoc quòd sensitivus sequitur ad formam apprehensam per sensum, innatus ad formam naturalem; at verò rationalis, qualis est actus voluntatis sequitur ad formam appræhensam per intellectum. Et licèt tàm D. Augustinus, quàm Divus Thomas possint explicari de amore naturali, seu de modo connaturali operandi voluntatis; nihilominus rationes, quibus hoc assertum probatur, cōvincunt, nec divinitùs fieri posse voluntatē ferri in incognitum. Iuxta illud Philosophi: *Rem prorsùs ignotam omninò amare nullus potest.* Vndè abijt in commune axioma: *Nihil volitum quin præcognitū.* Quapropter hanc sententiā vt communē defendunt plures Theologi tàm Mystici, quàm Scholastici, quos omnes referre esset in longissimum abire.

Arist.

D. August.

D. Th.

19 Probatur hæc efficacissimà ratione: quia implicatorius est actus al cuius potentiæ essentialiter ordinatæ ad attingendum obiectū extrinsecum, absque eo quòd eidem potentiæ tale objectum vt per proprium actum attingendum proponatur: sed voluntas respicit objectum ab extrinseco proponendum, nempè ab intellectu, cum ipsa ex se non possit trahere objectum: ergo non potest attingere illud absque eo

quod

quod ab intellectu ei proponatur. Cùmque intellectus hoc faciat media cognitione; implicatorium omninò erit voluntatem amare absque eo quod detur cognitio prævia, vel concomitans.

20. Nihilominùs non desunt Auctores præcipuè ex modernis, & alij, quos suppresso nomine citat noster Thomas à Iesu *de contemplat. diuina lib. 5. cap. 13.* qui docent in supremo gradu Mysticæ Theologię, seu in vnione suprema voluntatis cum Deo ipsam voluntatem amare absque aliquâ cognitione. Afferùntque pro se primò D. Dionysium *in Epist. ad Thimoth* vbi ait: *Tu autē Thimothee amice, circa Mysticas visiones forti contritione sensus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia, & intelligibilia, & sicut est possibile, ignote consurge ad eius vnitionem, quæ est super omnem substantiam, & cognitionem.*

S. Dionysius. Sed revera Dionysius non negat omnem cognitionem, sed eam, quæ est per sensus acquisibilis humana industria, & præcipuè cognitionem per affirmationem, & in particulari: quod patet ex eiusdem Dionysi verbis. Timotheo nam suadet ascendere ad vnitionem: *Consurge ad eius vnitionem.* Quo actu quæso consurgitur? Non voluntatis, hæc quippè est ipsa vnio: ergo intellectus, per cognitionem abstractam ab omni proprio discursu: ignotè idest ad eam incomprehensibilem maiestatem in confuso, & modo negativo erigendo mentem, quæ est sublimior, & perfectior cognitio.

21 Consonat valdè hæc explicatio Doctrinæ Seraphicæ Matris nostræ Theresiæ, cui Deus modum quo anima in illo statu posita cognoscit, revelavit. *Cap. ergo 18. suæ vitæ* ita ait: *Como no puede comprehender lo que entiende, es no entender entendiendo.* Firmat hanc eandem explicationem Taulerus *lib. institut. cap. 12. Præ cognitione ibi fit absque cognitione, & præ amore absque amore.* Ideò meo iudicio quàmplures mystici subtilitatem illius cognitionis non capientes, eam in illo statu non esse asserunt. Qua de re audiatur noster Thomas à Iesu *loc. cit. Propter vehementem amorem, & delectationem, quæ illam supereminentem animæ cum Deo vnionem, & amplexum comitantur, quibus ita animæ intentiò absorbetur, ac ab alijs abstrahitur operationibus, vt nulla ratione supra se ipsam, vel supra eius potentiarum actus valeat reflecti. Tum etiam quia cùm illa cōtemplatio ex cognitione Dei per remotionem oriatur, ac omninò fiat in illa divina caligine, in qua Deus sub ratione incom-*

S. Theres.

Tauler.

F. Tho. à Iesu.

comprehensibilitatis attingitur, non mirùm si etiam ab expertis non percipiatur.

22 Objiciunt secundò auctoritatem Divi Bonaventuræ *tom. 2. opusculor. tract. de Mystica Theologia ad finem*, vbi hanc ipsam proponit quæstionem, & teste Suarez definit in mystico ascensu posse voluntatem Deo per amorem vniri absque prævia, aut concomitante cognitione. Sed certé non est ita exploratum hanc esse divi Bonaventuræ mentem; ibidem namque ait: *Illud, quod sentit affectus, verè intelligit intellectus.* Quod autem affirmat Seraphicus Doctor est (vel si aliud insinuat certè reducendum est ad hunc sensum) voluntatem posse absque prævia consideratione, aut Dei cognitione propria industria comparata vniri ipsi Deo, scilicet movente Deo ipsam voluntatem, & intellectum, quod quidèm, & nos libentèr fatemur. Et hanc esse mentem Sancti Doctoris non obscurè colligitur ex ipsius verbis, ait enim: *Alius modus coniungendi in Deum est multò his omnibus nobilior, & hæc est sapientia vnitiva...... Vndè in ista sapientia (secundũ quod dicitur in principio Mysticæ Theologiæ) sensus, & sensibilia derelinquenda sunt, intelligibilia, & non intelligibilia, &c. Vndè ista sapientia sine omni investigatione, vel meditatione prævia amantis affectum sursum trahit.* Nota: *Sapientia trahit amantis affectum*: Sed hæc sapientia cognitio est: ergo trahitur sursum affectus per cognitionem. Vndè potiùs pro nobis, quàm contra nos stare credo D. Bonaventuram.

D. Bonaven.

Idem.

ARTIC. VI.

Vtrùm voluntas in exercitio Mysticæ Theologiæ plus amare possit, quàm intellectus intelligere?

23 VErior sententia tenet quòd absoluté voluntas plus valet amare, quã intellectus intelligere. Sic communiter Doctores, præcipuè discipuli D. Thomæ, quia est expressa sententia Angelici Doctor. 1. 2. *quæst. 27. art. 2. ad 2.* Vbi ait: *Aliquid requiritur ad perfectionem cognitionis, quod non requiritur ad perfectionẽ amoris. Cognitio enim ad rationem pertinet, cuius est distinguere inter ea, quæ secundum rem sunt coniuncta, & componere quodammodo ea, quæ sunt diversa, vnum alteri comparando: & ideò ad perfectionem cognitionis requiritur, quod homo cognoscat singillatim quidquid est in re, sicùt partes, virtutes, & proprietates; sed amor est in vi appetitiva, quæ respicit rem secundùm quod in se est: vndè ad perfectionem amo-* *D. Th.*

amoris sufficit quòd res prout apprehenditur, ametur. Ob hoc ergo contingit quòd aliquid plus ametur, quam cognoscatur, quia potest perfectè amari, etiā si non perfectè cognoscatur. Sicùt maximè patet in scientijs, quas aliqui amant, propter aliquam summariam cognitionē, quam de eis habent; putà Rethoricam esse scientiam, per quam homo potest persuadere, & similiter est dicendum circa amorem Dei.

Hinc Hugo commentator Dionysij *super 7. Angelicæ Hyerarchiæ: Intelligas (* inquit) *quanta est vis veri amoris, & dilectionis, si tamen intelligi potest, quoniàm dilectio supereminet scientiæ, & maior est intelligentia: plus enim diligitur, quàm intelligitur: intrat dilectio, & appropinquat, vbi scientia foris stat.* Laté etiàm id probat D. Bonaventra *in ærar. 5. æternit. dist. 5.*

Hugo.

24 Audiatur S. P. Ioannes à Cruce in declaratione decimæ Cancionis: *Acerca de lo que algunos dicen, que no puede amar la voluntad, sino lo que primero entiende el entendimiento, hase de entender naturalmente, porque por via natural es impossible amar, sino se entiende primero lo que se ama: mas por via sobrenatural bien puede Dios infundir amor, y aumentarle, sin infundir, ni augmentar distinta inteligencia.* Non dixit: absque vlla intelligentia (tacitam præoccupamus obiectionem) sed sine distincta intelligentia, sufficit namque ea, quam per fidem habet anima, vel alia confusa, & indistincta; quæ etsi non augeatur, potest augeri amor: ideò subdit: *Y esto experimentado està de muchos espirituales, los quales muchas vezes se vèn arder en amor de Dios, sin tener mas distinta inteligencia, que antes pueden entender poco, y amar mucho, y pueden entender mucho, y amar poco: antes ordinariamente aquellos espirituales, que no tienen muy aventajado entendimiento, suelen aventajarse en la voluntad, y bastales la fe infusa por conocimiento de entendimiento, mediante la qual les infunde Dios charidad, y se la aumenta, y el acto de ella, que es amar mas, aunque no se aumenta la noticia, como avemos dicho. Y assi puede la voluntad beber amor, sin que el entendimiento beba de nuevo intelligencia.*

S. Ioa. à Cruc.

25 Dices: sicùt se habet simpliciter ad simpliciter, sic se habet magis ad magis: sed ad simpliciter amandum requiritur per nos simpliciter, & essentialiter aliqua cognitio: ergo maior ad magis amandum. Accedit quòd iam voluntas fertur in incognitum: nam illud magis quod amatur, non cognoscitur.

Respondetur quòd illud

axio-

tia intellectiva, & volitiva vniũtur Deo, & inter se, aliquandò verò sola voluntas, cæteris id sua libertate manentibus: Qua de re audi Seraphicam Doctricem Theresiam *cap.17. suæ vitæ: Parece este modo de oracion vnion muy conocida de toda el alma con Dios; sino que parece quiere su Magestad dar licencia à las potencias para que entiendan, y gozen de lo mucho que ay alli. .... Y estan por otra parte el entendimiento, y memoria tan libres, que pueden tratar en negocios, y en obras de caridad.*

S.The.

28 Inquires secundó: Vtrũ vnio fruitiva, quæ fit in supremo gradu Theologiæ Mysticę, possit absque ecstasi contingere? Negativè respondeo: Nam ecstasis fit quandò anima medijs suis potentijs extra se ponitur; quandò autém hac vnione potentiæ ditantur, extra se ponuntur. Vndè ait Ricardus de Sancto Victore *de gradibus violent. charit. In hoc statu fit in cœlo silentium quasi hora dimidia, & dum mens à se ipsa alienatur, dum in illud divini arcani secretum rapitur, se ipsam penitùs exuit, divinum quendam affectum induit, & inspectæ pulchritudini configurata tota in illam gloriam transit.*

Riccard.

29 Inquires tertiò: Vtrùm anima in statu sublimis contemplationis, & vnionis, certa reddatur quòd sit in gratia, & in electorum numero constituta? Respondetur ita piè credendum: nàm status illius animæ, qui est status amicitiæ, & vnionis amicabilis cum Deo, exigit, vt de amore sponsi dubia non sit. Vndè aiebat B. Laurentius Iustinianus *tract. de Casto connubio Verbi, & animæ cap.14. Propriæ efficitur certus salutis, lumine gaudet veritatis, præsentia exultat sponsi, gustu pinguescit charitatis, experiẽtia nutritur amoris.* Et *cap.25. Sponsa de thalamo ascendit in cœlum, & de cœlo iugiter descendit in thalamum, non pavida, non de salute incerta ingreditur sponsa in supernorum mansionem, sed tanquam in dilecti domum, & in propriam possessionem.*

Laur. Iustin.

Sed dices nullus novit an amore, an odio dignus sit: ac proindè docet Tridentinum *sess.6. cap.9. Quòd quilibet dùm se ipsum, propriamque indispositionem respicit de sua gratia formidare, & timere posset, cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.* Vndè inferunt Theologi nullum absque speciali Dei revelatione posse habere certitudinem de eo quòd existat in gratia.

Trid.

Respondetur ita esse quòd absque speciali Dei revelatione, cui non possit subesse fal-

sum, hoc certè scire non potest. Cæterùm ad statum animæ ad amplexum sponsi assumptæ pertinet quòd sponsus hanc notitiam revelet. Vbi enim meliùs quàm in hoc statu verificari potest illud Apostoli *ad Romanos* 8. *ver*. 16. *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filij Dei: Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autē Christi*.

Ad Rom.

Ad certificandam autem animam de sua gratia sufficit si interius habeat aliqua Dei signa per inspirationem internam manifestata. Vndè aiebat Div. Thom. *quæst*. 18. *de Verit. art*. 3. *in corp*. *Est quædam loquutio exterior, qua Deus nobis per prædicatores loquitur, quædam interior, qua loquitur nobis per inspirationem internam, dicitur enim ipsa interior inspiratio loquutio quædam ad similitudinem exterioris locutionis. Sicut enim in exteriori locutione proferimus ad ipsum audientem non ipsam rem quam notificare cupimus, sed signum illius rei, scilicet vocem significativam, ita Deus interius inspirando, non exibet essentiā suam ad videndum, sed aliquid suæ essentiæ signum, quod est aliqua spiritualis similitudo suæ essentiæ.*

D. Th.

30 Diximus: *Piè credendum esse*: nàm non faciliter, & regulariter huic est assentiendum, sed semper in timore, ac tremore salus nostra operanda. Ideò tamèn Deus aliquandò huius notitiæ gratiam concessit, vt electorum gaudium ab hac incipiat vita. Vnde D. Tho. 1. 2. *quæst*. 112. *art*. 5. *in corp*. loquēs de notitia habita per revelationem, ità ait: *Revelat Deus hoc aliquando aliquibus ex speciali privilegio, vt securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentius, & fortiùs magnifica opera prosequantur, & mala præsentis vitæ sustineant; sicut Paulo dictum est 2. ad Chorinti. 12. sufficit tibi gratia mea.*

ARTIC. VIII.

Quomodò, & quandò ad statum Mysticæ Theologiæ elevatio concedatur?

30 Dico primò: Ad contemplationem vnitivam non pervenitur nisi medio exercitio virtutum tàm moralium, quàm Theologalium, & præcipuè passionum mortificatione. Sic D. Thom. 2. 2. *quæst*. 180. *art*. 2. *in corp*. *Dispositivè autem* (inquid) *virtutes morales pertinent ad vitam contemplativam: impeditur enim actus contemplatiois, in quo essentialiter consistit vita contemplativa, & per vehementiam passionum, per quam* D. Th.

abstra-

abstrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia & per tumultus exteriores. Virtutes autem morales impediunt vehementiam passionum, & sedant exteriorum occupationum tumultus, & ideò virtutes morales dispositivè ad vitam contemplativā pertinent Quæ autem sint passiones vincendæ, & numerus earum, similrtérque acquirendæ virtutes, videatur apud Theologos Scholasticos, præcipué apud nostros Salm. *tract. de Virtutib. tom. 3.*

Dùm prudentis directoris arbitrio iàm in anima præcessit sufficiens virtutum exercitium ad contemplationis studium est dirigenda. Vndè aiebat Gregor. Magn. *lib. 6. Moral. cap. 25. Qui ergo iàm in se contumelias carnis edomuit, superest vt mentè per studia sanctæ operationis exerceat, & quisquis iàm mentem per sancta opera dilatat, superest vt hanc vsquè ad secreta intimæ contemplationis extendat.* *Greg. Mag.*

31 Dico secundò: præsupposito exercitio virtutum, passionumque sedatione, optima dispositio ad contemplationem infusam & supernaturalem est contemplationi acquisitæ perseveranter insistere: hinc enim ad idfusam Deus animam elevare assuevit. Doctrina est expressa nostri Philip. á Trinit. *par. 2. tract. 3. art. 5. in fine*, his verbis; *Naturalis contemplatio divinæ gratiæ comparata auxilijs ad supernaturalem cōtemplationem optima dispositio est.* Ratio est: quia Deus sic dispositis iuxta communē providentiam non denegat suam lucem, & illustrationem. Vndè aiebat Dionysius *cap. 13. Cœlestis Hierarch. At qui omnibus etiam naturis, quæ ratione intelliguntur, pro eorum captu apparet lumenque suum summis illis naturis permittens, par eas* (idest per Angelos) *vt primas se ipsam inferioribus* (hoc est hominibus) *rectè, & ordine pro cuiusquè ordinis in contemplando Deo, modo, atquè captu distribuit.* *Philip. à Trin.* *Dioni.*

32 Dico tertiò: Hæc sublimis contemplatio dupliciter animæ confertur: vno modo supposita dispositione prædicta exercitij virtutum, & passionum moderationis; alio nulla dispositione præcedente, sed Deo merè gratuito pro sua potestate, & voluntate animam elevante, & movente. Quod explicuit optimé Dionysius Cartusianus in *Mist. Theolog. art. 9.* Et *tract. de fonte lucis art. 14.* vbi de hac contemplatione disserens, sic inquit: *Itaque ad hanc vnitivæ sapientiæ Mysticam contemplationē vno modo pertingit homo, se ipsum excitando, ac disponendo ad tam per abstractionem præsaiam, per recollectionem & simplificationem, per orationem,* *Dioni. Cartu.*

& mediationem, atque considerationem eorum, quæ divinæ dilectionis fervorem magis provocare, ac parare solent in animo, donec apex voluntatis maximè accendatur, ac purè afficiatur in Deo; sicquè vertex intelligentiæ desuper illustretur ad contemplandum modo pertractato. Deniquè hunc modũ, eiusque practicam D. Dionysius primo Mysticæ Theologiæ docens capitulo: Tu (inquit) *Thimothee carissimè intensissima contuendis spectaculis Mysticis exercitatione, & sensus linque, & intellectus operationes, & sensibilia, & intelligibilia omnia, & quæ sunt omnia, vt illi iungaris, qui super omnem substantiam, omnémque scientiam est, pro viribus te ipsum intende. Alio modo ad cõtemplationem istam pertingit homo absque suo conamine, ac præparatione prædicta, dum scilicèt misericordiosissimè desupèr prævenitur, atque divinitus fortitèr illustratur, validissimè inflammatur, gratiosissimè præocupatur, ac mirabilitèr nimis perstringitur in tantum, vt etiam resistere nequeat.*

33 Dico quartò: Sequi ex dictis quòd aliquandò gratia contemplationis datur etiam imperfectis, & anteà non dispositis; qui tamèn media ipsa disponuntur; aliquandò verò altissima Dei providentia etiãm perfectissimis negatur. Primum patet ex vltimis verbis relatis ex Dionysio Cartusiano, atquè etiam ex D. Gregorio *Homil. 17. in Ezech. Non enim* (inquit) *contemplationis gratia, summis datur, & minimis non datur, sed sæpè hanc summi, sæpè minimi, sæpiùs remoti aliquandò eam coniugati percipiunt. Dividit enim Deus singulis sua dona provt vult.* Secundum etiam ex eàdem ratione sequitur: frequentèr enim iustos hac via Deus exercet quò maiori in æterna felicitate gloria coronet. Omnes tamèn salutem suam cum timore, & tremore operari debent: scriptum est enim: *Beatus vir qui semper est pavidus.* Et tutius meo videri iter est hac gratiâ carere humilitate servata, quàm sæpiùs illa frui cum alicuius vanitatis periculo. Greg. Magn.

***

QVÆS-

QVÆSTIO TERTIA.

DE CAVSIS EXTRINSECIS CONTEMPLAtionis infusæ.

SVpponimus ex principijs Philosophiæ plures cuiusvis rei esse causas, extrinsecas alias, alias intrinsecas. Intrinsecæ dicuntur materialis recipiens, & formalis informans: extrinsecæ autem finalis, & efficiens. In effectibus veró essentialitér respectivis obiectum est causa formalis extrinsecé terminans, non tamén intrinsecé informans. De causa igitur materiali recipienti contemplationem infusam, constat ex dictis esse humanum intellectum immediaté, & mediaté animam rationalem. De causa formali intrinseca constat etiam esse ipsum actum contemplationis intrinsecé informantem, & intellectum perficientem. Quaré solúm in hac quæstione agendum est de causa efficienti, non qualicumque, sed de immediata effectivé, & vitalitér causante ipsum actum contemplationis, & de causa formali objectiva: finalem namque esse ipsum Deum, quem anima contemplatur, & ad quem ordinat omnes suas actiones, & se ipsam omninó difficultate caret.

ARTIC. I.

Vtrùm Deus sit obiectum immediatum contẽplationis infusæ?

1 DIco primò: obiectum quod immediatum contemplationis infusæ supernaturalis est Deus. Ita tenet communis Doctorum Mysticorum sententia. Dionysius Cartusian. *super Areopag. de Mystica Theolog. art.* 8. N. Philip. à Trinit. *art.* 2. *discurs. Procemial.* & alij plurimi: Creaturæ autèm sunt obiectum secundarium. Pro quo sciendum est:

Con-

Contemplationem esse duplicem, aliam per affirmationem, per negationem aliam, seu per remotionem. In prima quàsi attribuuntur Deo omnes creaturarum perfectiones, vndè in illa attinguntur non vt *quod*, sed vt *quo*, idest vt medium quo resplēdet divina perfectio, ac proindè non vt obiectum specificativum, & vt quod huius contemplationis super naturalis. Secunda contemplatio attingit divinam perfectionem, removendo à Deo omnem specialem perfectionem à creata cognitione attingibilem, ac proinde eius obiectum est ipse Deus, in quadam generalitate, & in communi, vt supersapiens, vt superpotens, supereminentèr incompræhensibilis, non vtcùmque, sed relatæ ad omne creatum, subindèque pròvt sic est obiectum *quod* contemplationis per negationem.

2 Dico secundò: Ratio sub qua formalis contemplationis supernaturalis affirmativæ est ipsa divina perfectio, vt splendet in effectibus sive naturalibus, sive supernaturalibus explicans attingibilitatē divinā seu divinā perfectionem, vt sic attingibilē connotat tamē motiónem charitatis. Hoc assertum perspicuum videtur ex dictis: Nàm hæc contemplatio supernaturalis affirmativa adhùc est per speculum, & enigmatica: Qua de causa Hugo Victorinus *Homil. 1. in Ecclesiastem* appellat eam *Speculativam.* Et D. Bonaventur. *de septem itineribus æternitatis itinere 3. dist. 3.* ait: *Quàmvis contemplatio, & speculatio pro invicèm soleant poni, & in hoc sæpè Scripturæ sententiæ proprietatem obnubilent, & involvant, apertiùs tamen, & expressiùs speculationem dicimus, quandò per speculum cernimus, contemplationem verò quandò veritatem sine aliquo involucru, vmbrarùmque velamine in sui puritate videmus.* Designansquè Cassianus modū tendēdi huius contemplationis, & speculūm in quo divina inspicitur perfectio, sic ait: *Contemplatio Dei multifariè concipitur. Nàm Deus non sola incompræhensibilis illius substantiæ suæ admiratione cognoscitur..... Sed etiam creaturarum magnitudine, & æquitatis suæ consideratione, vel quotidianæ dispensationis auxilio providetur: quandò scilicèt quæ cum sanctis suis per singulas generationes egerit, mente purissima perlustramus.* Vndè noster Thomas à Iesu de *Contemplat. divin. lib. 1. cap. 3.* ait: *Contemplationis prætereà obiectum est deitatis summæ, sive omnium eius effectuum supernaturalis, ac divinus intuitus.* Ex quibus omnibus clarè liquet rationem sub qua huius contemplationis affirmati-

Hugo | Victo. | D. Bonaven. | Cassia. | F. Th. à Iesu.

vx

væ esse rationem effectus Dei; seu eam rationem, qua omnes creaturæ explicant esse effectũ divinæ perfectionis.

3 Ex quo sequitur fieri huiùsmodi contemplationẽ per speciem repræsentantem rem vt est effectus Dei, subindèque exerceri, quandoquè per phantasmatum permixtionem, licèt sæpiùs sine illa fieri posse non dubitemus. De quo fusiùs *art.* 3. *huius quæst.*

4 Dico tertiò: Ratio sub qua contemplationis divinæ in caligine, seu Mysticæ Theologiæ formalitèr vt talis, est Deus sub ratione experti, seu gustati ab anima in vnione affectiva, & fruitiva, de quibus agendum est *infra quæst.* 4. Itàque omnium contemplationũ Deus est obiectum *quod*, sed sub diversa ratione formali. Nam contemplatio Philosophica respicit Deum sub ratione primi entis præcisæ speculabilis. Cõtemplatio Evangelica âcquisita sub ratione investigabilis per meditationem affectivam. Cõtemplatio supernaturalis affirmativa, sub ratione causalitatis aut dependentiæ, aut (& fortassè meliùs) causabilitatis, quam dicunt creaturæ ab ipso Deo, modo tamèn supernaturali attactæ. Deniquè contemplatio per remotionem in supremo gradu Mysticæ Theologiæ respicit ipsum Deum sub ratione gustati ab anima. Colligitur hoc vltimum (quod solùm investigandum restat) á Sanctis Patribus, qui communitèr docent hanc contemplationem esse experimentalẽ notitiam, ex vnionis gustu secretè procedens. Vnus pro cunctis audiatur D. Thom. explicans illud *Psalm.* 33. *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.* Quo circa ait: *Hortatur ad experientium. Primò enim hortatur ad experientiam divini consortij. Secundò ad observantiam divini timoris* (gustate, & videte) *experientia de re sumitur per sensum, sed alitèr de præsenti, & alitèr de absenti, quia de absenti per visum, odoratum, & auditum, de præsenti vero per tactum, & gustum, sed per tactum de extrinseca præsenti. Deus autèm non longè est à nobis, nec extra nos, sed in nobis: Hierem.* 14. *v.* Tu in nobis es Domine, *& indè experientia divinæ bonitatis dicitur gustatio.* 1. Petri 2. si tamèn gustatis quàm dulcis &c. Proverbior. *Vltimo.* Gustavit, & vidit quoniàm bona est negotiatio eius. *Effectus autèm experientiæ ponitur duplex: vnus est certitudo intellectus, alius securitas effectus. Primum dicit:* (& videte) *in corporalibus autem prius videtur, & postea gustatur: in rebus spiritualibus prius gustatur, posteà autèm videtur quia nullus cognoscit, qui non gustat,*

Psalm.

D. Th.

stat, *& ideò dicit prius* gustate, *& posteà* videte. *Et quantum ad secundum*: quoniam suavis est Dominus. *Sap.* 12. O quam bonus, & suavis est Domine spiritus tuus in nobis. *Ps.* 30. quàm magna multitudo dulcedinis tuæ.

5 Hic animadvertendum nostrum Philippum á Trinitate *loc. cit.* Valgorneram *art.* 2. N. Antonium á Spiritu Sancto *sect.* 2. cum alijs docere rationem sub qua cuiusvis contemplationis esse lumen quod ad eam deservit, sive illud sit fidei sive doni intellectus, scientiæ, aut sapiẽtiæ, aliudve altioris rationis lumen, qui tamen intelligi debent de ratione sub qua intellectus elevatur, & elicit actum contemplationis, non verò de ratione sub qua obiectiva, seu terminativa vt *quo* eiusdem actus, hæc enim extrinseca est potentiæ, vtpotè quæ ex parte obiecti se tenet.

ARTIC. II.

Vtrũ in summo gradu Mysticæ Theologiæ detur vnio immediata Dei cum intellectu in ratione speciei intelligibilis?

6 NOster Philippus à Trinitate disserens *par.* 2. *tract.* 3. *art.* §. *Contemplatio supernaturalis summa.* De medijs, in quibus anima in vertice contempletionis posita Deum contemplatur; scilicèt de specie illi actui deservienti ita habet: *Vtrùm tam perfecta contingat in hac vita contemplatio, quòd ad hanc puritatem, & eminentiam attingat* (nempè vt non habeat medium diversum ab obiecto, sed hoc in se ipso cognoscat ita vt habeat simùl rationem medij, & motivi, & terminativi respectu cognitionis vt ipse ibi explicat) *affirmant aliqui Authores, negant alij valde ad partem affirmativam inclinamur.* Hæc ille; sed nos partem negativam, vt quæ conformis est Doctrinæ D. Thomæ, eligimus, & pro viribus defensandam amplectimur: ideoque.

Philip. á Trin.

7 Dicendũ nobis est quód in nulla quamtùmvis altissima Dei cognitione præter visionem Beatificam divina essentia vnitur intellectui contemplantis, aut cognoscentis per modum speciei, ac proindè datur semper medium distinctum, sive species intelligibilis tàm impressa, quám expressa, in qua Deus contemplatur. Hoc videtur expressum D. Thom. *quæst.* 18. *de Verit. art.* 1. *in corp.* vbi ait: *Quidam dixerunt quòd Deum per essentiam videre non solùm contingit in Patria, sed in via, quàmvis non sit ita perfectè in via, sicùt in patria. Secundùm hoc homo in statu innocentiæ mediam habuit visionem* D. Th.

nem

dem inter visionem Beatorum, & hominis post peccatum, quia minus perfectè vidit quàm Beati, perfectius autem quàm homo post peccatum. Sed istud dictum contrarium est scripturæ testimonijs, qui concorditer in divina visione Beatitudinem vltimam hominis ponunt.

8 Meritó hanc sententiam rejicit D. Thomas, ex ipsa enim sequitur hominem, cui Mystica Theologia habitualiter, vt potest concederetur in hac vita fore Beatum, cùm habitualiter videreret divinam essentiam. ¶ Nec valet si dicas: Beatitudinem non inqualicùmque visione per essentiam consistere, sed in ea, quæ clara, & intuitiva est, non in ea quæ indistincta, caliginosa, & quo ad an est, qualis esset suprema etiam visio viatoris. Hæc inquam evasio non valet, quia est petitio principij manifesta: nâm si semel conceditur contemplatio, in qua divina essentia gerat speciei munus, nulla alia creata specie ad cognitionem concurrente, implicat quòd talis cognitio, aut contemplatio non sit intuitiva, clara, & distincta, & quoad quid est: Vndè ait D. Thom. *loc. nuper cit. In hoc igitur vnaquæque rationalis creatura beata est, quòd essentiam Dei videt; non ex hoc quòd ita limpidè vel plus, vel minus eam videt; non igitur visio Beati à visione viatoris distinguitur, quod est perfectius, & minùs perfectè videre, sed per hoc quod est videre, & non videre.*

D. Th.

9 Propter hanc doctrinam dixit Mysticus noster Doct. Ioan. à Cruce *Ascēs. Mōt. Carmel. lib. 2. cap. 9. No ay otra diferencia sino ser visto Dios, ò creido; porque assi como es Dios infinito, assi ella nos le propone infinito, y assi como es Trino, y vno, assi le propone Trino, y Vno, y assi por este solo medio se manifiesta Dios al alma en divina luz, que excede todo entendimiento.* Ex quo manifestè patet quod etsi aliquando fides illustratior per donum intellectus sapientiæ, scientiæ, aut etiam per aliquod altius lumen cognoscat nunquam tamèn excedit hæc cognitio cognitionē fidei propriam, nec vidère potest Deum per essentiam.

S. Ioan. à Cruce.

10 Dices: Potest vniri essentia divina per modum speciei inadæquatè, & imperfectè: ergo potest etiam vniri menti contemplantis in ordine ad cognosci in confuso, & indistinctè. Antecedens probatur: Tum quia etsi vniatur essentia divina per modum speciei, cùm ex parte potentiæ requiratur lumen, poterit cum tanta limitatione concedi, vt ex defectu luminis non videatur divina essentia, & si sit per modum speciei vnita. Tum etiā quia ob eandem rationē quam-

vis essentia divina sit ex se infinita, & respectu potentiæ infinitæ vnita per modum speciei ad compræhensionem deservit; attamen vnita potentiæ finitæ non compræhenditur. Denique falsum est dicere quód semel visa essentia divina per essentiam, extrahatur homo ab statu viatoris, cum Moises, & Paulus Deum per essentiam viderint, & nihilominus vere viatores fuerint.

Respond. negando antecedens: ad cuius primam probationem dicimus: quod si semèl conceditur lumen sufficiēs ad disponendam potentiam viatoris vt sit capax, cui essentia divina vniatur per modum speciei, debet esse capax ad videndam essentiam divinam clarè, & intuitivè. Nam Deus etsi limitatum lumen producat, hæc limitatio non in eo consistit quód divina essentia per illud nequeat videri (hoc enim est de essentia cuiusvis luminis manifestare speciem ad quam videndam conceditur) sed in eo consistit limitatio quod mágis, aut minùs secundùm intensionem manifestet, quodlibet tamen secundum substantiam. Vnde dicunt nostri Salmant. *tract.2. de Vision.disp.4. num. 25. Si semel requiritur dispositio ad recipiendam essentiam divinam in ratione speciei intelligibilis, tunc nihil aliud præter illud* (scilicet lumē gloriæ) *magis accomodatum ad disponendum ad talem receptionem.* Salmanticēsis.

Ad secundam dicimus Deum non posse vnire per modum speciei deservientis ad cōpræhensionem intellectui creato, non quia species ex se non sit sufficienti modo repræsentativa, sed ob incapacitatem ipsius intellectus: semper tamē vt est capax videbit speciem sibi vnitam. Cùm ergo lumen sufficiens ad vniendum Deum per modum speciei, sit etiam sufficiens ad ipsum clarè videndum, si in summa contemplatione Deus vt species vnitur, clarè videtur.

Ad tertiam dicimus quòd non repugnat Deum in hac vita videri per modum transeuntis per propriam essentiam, cum quo compatitur quòd homo absolutè viator sit, licèt pro illo tunc non sit in statu viæ. Sed hoc est specialissimum privilegium, paucis concessum, vndè frequens non est reputandum: non enim sunt ad consequentiam trahenda quæ à lege communi exorbitant. Vndè D.Th. *loc. cit. art.3.* ait: *Qod Moyses, & Paulus quadam privilegiata gratia Deum per essentiā viderunt, & tamen quàmvis simpliciter essent in statu viæ, secundū quid tamen prout Deū per essentiam videbant, non erant in statu viæ.* D.Th.

AR-

ARTIC. III.

Vtrùm in supremo gradu contemplationis detur species creata Deum immediatè repræsentans?

11 NOster Thomas à Iesu *lib.5. cap. 14. de Contẽplatione divin.* sic dubitat: *Qua ratione poterit dari species impressa, quæ obiectivè Deum repræsentet, cum species debeat esse immaterialior re ipsa, quàm repræsentat, vt communis Thomistarũ schola cum D. Thom. consentit?* Cui dubitationi sic respondet: *Secundæ dubitationi respondetur: non esse de essentia speciei esse immaterialiorem, quàm res per illam repræsentata: maximè quando species non procedit ab obiecto clarè, & distinctè, & secundùm se toto repræsentato, sed est species à Deo immissa, vt eum repræsentet obscurè, & in gradu quo ipsi placet.* Vbi maximè propendit in hoc quòd in altissima contemplatione detur species creata Deum immediatè repræsentans.

Fr.Th. à Iesu.

12 Sed nos Angelici Doctoris nostri vestigia indivulsè sequentes, impossibilem iudicamus speciem creatam immediatè Deum repræsentantem formaliter, & per se primò. Non quia species debeat esse immaterialior obiecto repræsentato, hoc enim ad rationem speciei essentialiter non exigitur, sive immaterialitas sumatur in esse entis, sive in esse intelligibili. Nam in esse entis species, qua Angelus inferior agnoscit superiorem, est materialior quàm ipse Angelus cognitus, & in esse intelligibili non immaterialior: quapropter ratio Thomistarum est: quòd species debet habere in esse intelligibili eandem immaterialitatem cum obiecto per se primò, & formalitèr per talem speciem repræsentato, ac proindè dicere cum ipso vnivocam convenientiam. Imò in sententia Complutensium, & Salmatic. eandem debet habère in esse intelligibili numero naturam: sed hæc omnia nullæ creaturæ respectu Dei competere possunt: ergo omnino repugnat species creata adhuc in altissima contemplatione Deum immediatè, & formalitèr repræsentans. Videantur omnes Thomistæ *in 1. p.* D.Thom. *q.12. art.2.*

13 Dices cum quibusdam modernis: Totam hanc rationem probare quidèm repugnantiam speciei creatæ Deum vt est in se clarè, & in ordine ad cognitionem intuitivam formaliter Deum repræsentantis; minimè verò in ordine ad cognitionem obscuram, & inconfuso, qualis est sublimis cotemplatio.

Sed contra est: quia ratio facta si benè expenditur, vtrũque efficaciter probat. Nam id quod illa species per se primò repræsentat, vel est aliquid divinum per essentiam, vel non? Si hoc vltimum? habemus intentum. Si primum? cùm hæc sit essentia speciei habère eandem naturam in esse intelligibili cum obiecto, dicere vnivocam convenientiam, &c. reddit tota ratio. Vnde quod clarè, aut in confuso repræsentet, nihil obest quo minus præfata sequantur inconvenientia.

14 Instabis: quod licèt hoc naturaliter repugnet speciei creatæ, non tamèn supernaturalitèr: vel quia potest dari species supernaturalis: vel quia ex elevatione supernaturali fieri valet, quòd species repræsentet id quod secundum propriã naturam non repræsentaret, quod à fortiori videtur dicendum de speciebus deservientibus cognitioni fidei, quæ cũ naturales sint, repræsentant tamèn mysteria supernaturalia, & divina.

Tangit hæc instantia gravissimam illam difficultatem, qua quæritur: vtrùm sicùt dantur habitus supernaturales essentialitèr quoad substantiam, ita etiàm dentur species? Divisi circa resolutionem sunt Authores. Nos autèm negativæ sententiæ subscribimus cum nostro Philippo à Trinitate *loc. nuper cit. part.2. tract.3. art.4.* hac ducti ratione: Supernaturalitas speciei debet ipsi quatenùs tali, hoc est quatenùs repræsentativæ compètere; proindéque per ordinem ad obiectum debet desumi supernaturalitas quæ sit talis quoad substantiam: hoc implicat: ergo & species quoad substantiam supernaturalis: Maior ex ipsa natura speciei videtur manifesta: Minor autèm probatur: quia species, & obiectum debent esse eiusdem ordinis secundum illam rationem formalem, qua species, & obiectum sunt, cum sint eiusdem numero naturæ: ergo nequit species esse supernaturalis, & obiectum naturale, secundum quod talia, aliàs non dicerent omnimodam convenientiam. Sed quidquid sit de hoc.

15 Respondetur ad instantiam persistendo in efficacissima Thomistarum ratione: nam hoc quod est facere speciem supernaturaliter, quòd ex se naturaliter nequibat, aufert ab ea essentiam speciei, nec ne? Primum dici non potest, nulla quippé elevatio in quocumque ordine sit, destruit, sed perficit essentiam. Si secundum reddit integer discursus Thomistarum: ergo repugnat adhuc supernaturaliter species creata, Deum immediatè repræsentans.

16 Contra omnia prædicta: objicies authoritatẽ D. Tomæ, qui q. 18 *de Verit. art. 1. ad 1.* lo-

loquendo de contemplatione primi hominis in statu innocentiæ, videtur concedere speciem solum Deum repræsentātem: ait ènim: *Patet quòd visio, qua homo Deum in statu innocentiæ vidit, media fuit inter visionem, qua nunc videmus, & visionem Beatorum. Patet igitur quòd homo post peccatum triplici medio indiget ad videndum Deum, scilicèt ipsa creatura, ex qua in divinam cognitionem ascendit. Et similitudine ipsius Dei, quā ex creatura accipit, & lumine, quo perficitur, sive sit lumē naturale, sive gratiæ, aut fidei, & sapientiæ. In statu vero antè peccatū indigebat duplici medio, scilicèt medio, quod est similitudo Dei, & quod est lumē elevās, vel dirigens mētem. Beati autē vno tantum indigent medio, scilicet lumine elevante mentem.*

Efficax adversum nos hæc videtur Divi Thomæ doctrina; sed certè non ita præmit, vt efficacissimam solutionem non habeat. Non enim affirmat Angelicus Doct. quòd similitudo Dei, qua indigebat contemplatio hominis in statu innocentiæ, sit species solùm Deum immediatè, & formalitèr repræsentans, sed solùm asserit, quod repræsentabat Deū, sine indigentia quidèm ex vi illius cognitionis repræsentandi creaturas materiales extra animam: repræsentabat tamèn alliquid creatum; vtpotè creata species, ex cuius repræsentatione simùl objiciebat Deum intellectui, cognoscendum abstractivè, & quoad an est. Quod optimè explicuit idem Angelic. Mag. 1. p. q. 64. art. 1 ad 3. Vbi eandem tractans difficultatem sic inquit: *Ad tertium dicendum quòd duplex est medium quoddam in quo simul videtur quod medium videri dicitur, sicùt cùm homo videtur per speculum, & simùl cum ipso speculo. Aliud medium est per cuius notitiam in aliquid ignotum devenimus, sicùt est medium demonstrationis, & sine tali medio: Deus videbatur* (ab homine scilicèt contemplante Deum in statu innocentiæ) *non tamèn sine primo. Similiter etiam est considerandum quòd obscuritas, quæ importatur in nomine enigmatis, dupliciter accipi potest vno modo secundum quod qualibet creatura est quoddam obscurum, si compararetur ad immēsitatem divinæ claritatis, & sic Adam videbat Deum in enigmate, quia videbat Deum per effectum creatum.* D. Th.

17 Quinàm autèm sint isti effectus, quibus cognitis ad altissimam Dei cognitionem per ipsius virtualem repræsentationem devenitur, explicat ipse Angelic Doct. *dict. q.* 18. *de Verit. art.* 2. dicens: *Ex perfectione gratiæ hoc habebat homo,*

mo, vt Deum cognosceret per inspirationẽ internam ex irradiatione divinæ sapientiæ, per quem modum Deum cognoscebat, non ex visibilibus creaturis. Maneat igitùr nec in altissima contemplatione posse videri Deum absque specie à rebus creatis accepta, quę ipsum repræsentet, si standum est Doctrinæ D. Thomæ. Neque tamèn sempèr necesse est speciem aliquid extra animam repræsentare, sed sufficit si divinam irradiationem, aut aliquid aliud, dummodò ipsum quid creatum sit.

ARTIC. IV.

Vtrùm dona ad intellectum pertinentia principia sint contemplationis infusæ?

18 Spiritus Sancti dona sic in generali à D. Thom. 1. 2. q. 68. *art.* 1. diffiniuntur: *Sũt habitus, quibus homo disponitur vt eficiatur promptè mobilis ab inspiratione divina:* Et paulò ãte designaverat, q̃ ad intellectũ, & q̃ ad voluntatẽ pertineat, dicens: *Inter septẽ dona quatuor pertinent ad rationem, scilicèt sapientia, sciẽtia, intellectus, & consilium, & tria ad vim appetitivam, scilicet fortitudo, pietas, & timor.* Sed quia actum contemplationis proprium intellectus esse diximus, ideò solùm de primis quatuor quæritur an sint contemplationis principium. D. Th.

19 Sequens igitùr ordinẽ quo talia dona concursum in contemplationem habère possunt, dico primò, donum intellectus effectivè concurrere ád contemplationis exercitium. Probatur: quia donum intellectus comparatur à D. Thom. 2. 2. q. 8. *art.* 1. & q. 68. *art.* 4. & alibi, habitui primorũ principiorum, deservitque ad hoc vt assentiens infallibilitati fidei moveatur ab Spiritu Sancto ad penetrãdam veritatis fidei cognitæ infallibilitatem, & certitudinem, quæ quidèm motio in actu contemplationis infusæ maximè splendet: ergo donum intellectus concurrit ad elicientiam actus contemplationis infusæ.

20 Dico secundò: Donũ sapientiæ præcipuè influit in contemplationem infusam, quę est per remotionem, & quæ habet pro ratione formali sub qua divinam bonitatem vt vnitam, & ab anima gustatam. Sic Divus Bonaventur. *tom.* 1. *opusculor. de donis Spirit. Sancti cap.* vbi ait: *Summa huius differentiæ est quod donum intellectus est propriè penetrativum, sed donum sapientiæ est propriè soporativum.* Ipsùmque nomẽ sapientię id explicat: sapientia enim est per altissimas causas sapida scientia, aut cogni- D. Bonaven.

nitio. Sapientię itàque donum reddit animam promptè mobilem à Spiritu Sancto ad hoc vt prius cognita per fidem divina bonitate, eam cōtempletur clarissima cognitione, orta ex vnione suavissima, & summè affectiva ipsius divinæ bonitatis cum anima. Cui resolutioni contrarius non est D. Thom. 2.2. *quæst*.8. *art*.6. quando dicit: *Quod sapientia iudicat certè de rebus divinis creditis, & donum intellectus penetrat*. Nō inquàm cōtrarius est; non enim negat quòd iudicium illud sapidè fiat.

D. Th.

21 Dico tertiò: Donum scientiæ concurrere ad contemplationem infusam de veritatibus creditis, secundū quod ex revelatis, vel etiam cognitis per viam affirmationis, vel ascensus pertingit ad divinam maiestatem. Probatur: nàm donum scientiæ, iuxta D. Thomā; datur ad iudicandum certè de rebus creatis credendis, & non credendis. Ita enim inquit ibidem, *quæst*.9. *art*.1. *Vt habeat certum iudicium de eis, discernendo scilicet credenda à non credendis, & ad hoc necessariū est donum scientiæ*. Hoc autem iudicium certum non est per altissimam causam, quia hoc modo iudicare pertinet ad donum sapientiæ, vt dicit idem Sanctus Doctor, his verbis: *Siquidem certitudo iudicij fit per altissimam causam illius generis, per quam potest de omnibus iudicare, habet speciale nomen, quod est sapientia*. Quare solum in contemplatione, quæ est de ipso Deo per res creatas cognito, donum scientię influit. Cùmque aliquando in contemplatione infusa creaturæ supernaturales, & quæ sub fide cadunt, per modum vnius provt sunt à Deo contemplentur ex eisque Deus ipse per simplicissimam notitiam agnitus; in hoc donum scientię maxime splendet.

Idem.

22 Dico quartò: Donum consilij conducit ad contemplationem infusam, ipsius autem operatio aut antecedit, aut subsequitur ipsam contemplationem. Nam hoc donum propriè datur ad inquisitionem exactam ad bene operandum ex motione Spiritus Sancti, vt docet Divus Thomas 2.2. *quæst*. 52. *art*.1. *per totum*. Hæc autèm operatio aut est intra animam, videlicet contemplare divina, adhòcque omnia dirigere, & hoc modo consilium antecedit ipsam contemplationem. Vel est operatio, ad quam secundarió movetur anima, seu inspiratur in ipsa contemplatione, & sic manifestè subsequitur. *Et ideo* (inquit Divus Thom. *in fine corp.*) *Spiritus Sanctus dicitur per modum consilij creaturam rationalem movere: & propter hoc consilium ponitur inter dona Spiritus*

D. Th.

Idem.

San-

Sancti. Hinc noster Philip. à Trinitat. dùm docet donum consilij non influere in contemplationem, intelligendus est iuxta dicta, scilicét non influere immediatè in ipsum contemplationis actum, benè tamèn antecedentèr, aut consequentèr. Si autèm aliud intendat, omninò ab eo recedimus.

ARTIC. V.

Qualitèr fides infusa, qualitèrque dona in actum influant contemplationis infusæ.

23 Est in actu contemplationis infusæ, & substãtia actus, & ipsius modus, quorũ quodlibet ex parte principij exigit determinatam virtutem in ipsum influxivam, a qua esse habeat: ad eum sanè modum quo in actibus virtutum moralium substantia actus procedit a potentia, & modus moralitatis ab habitu virtutis acquisitæ. Hinc igitur propositus articuli titulus manet explicatus: inquirit enim vtrùm in actu contemplationis infusæ substantia actus procedat ab habitu fidei, & modus á donis, ita videlicèt quòd modus penetrationis procedat a dono intellectus, experimentalis cognitio à dono sapientiæ, certitudinis, aut firmitatis in assentiendo a dono scientiæ, sive isti modi in actu contemplationis realitèr inter se, & à substantia actus, sivè solum virtualitèr distinguantur, de quo nihil ad nos in præsenti.

24 Notandum est deindè actum fidei considerari posse vt procedens ab habitu non præcisè quia assentitur veritati revelatæ sub ratione obscuræ, sed quia etiàm sub ratione certissimæ, & infallibilis, absque vlla hæsitatione: Dona autem eam veritatem: v. g. Deus est Trinus, & vnus, attingunt præscindendo ab obscuritate, & claritate. Et quidem si coniunguntur cum cognitione evidenti, & clara ad eam concurrunt sub ratione penetrationis, certitudinis, & sapidæ veritatis cognitionis. Si autèm coniunguntur cum cognitione obscura eosdem habent effectus, destruendo tamen, quæ opposita erant in ipsa obscura cognitione. Quod explicat Divus Thomàs 1. 2. q. 68. art. 6. his verbis: *Sapientia de æternorum spe, & certitudine reficit, quorum donorum spes transit, sed certitudo remanet: de intellectu dicit Gregorius quòd in eo, quod audita penetrat reficiendo cor, tenebras eius illustrat, quarum auditus transit..... Sed illustratio mentis manebit de consilio autem dicit, quòd prohibet esse præcipitem, quod est necessarium in præsenti, & iterum, quòd ratione animum replet,* D. Th.

quod

quod est necessarium etiam in futuro. De scientia vero vnum tantum ponit, scilicet quòd ignorantiæ ieiuniū superat, quod pertinet ad statum præsentem: sed quod addit; in ventre mentis potest figuralitèr intelligi repletio cognitionis, quæ pertinet etiàm ad statum futurum. Dona ergo Spiritus Sancti præscindunt essentialitèr à cognitione clara, vel obscura proindèque sub visione, & sub fide possunt effectum proprium causare.

25 Hoc supposito dicimus actum contemplationis in primo gradu Mysticæ Theologiæ fieri quòad substantiā à virtute Theologica fidei: quòad modos autem à donis, iuxta proportionem dictam. Probatur prima pars: nam omnis influxus donorum in actum contemplationis ordinatur ad hoc quòd anima facilè moveatur à Spiritu Sancto ad elicientiam actus fidei Theologicæ, quæ superior est ipsis donis: Quo circa Div. Thomas 1.2. *quæst* 68.*art*.8.*in corp*. ait: *Sicut virtutes intellectuales præferuntur virtutibus moralibus, & regulant eas, ita virtutes Theologicæ præferuntur donis Spiritus Sancti, & regulant ea.*

D. Th.

26 Deinde 2. 2. *quæst*. 8. *art*. 6. itá habet: *Circa ea, quæ fidei proponuntur credenda, duo requiruntur ex parte nostra primò quidem vt intellectu penetrentur, vel capiantur, & hoc pertinet ad donum intellectus. Secundò autem oportet vt de eis habeat homo iudicium certum, & æstimet his esse inhærendum, & ab eorum oppositis recedendum: hoc ergo iudicium quantum ad res divinas pertinet ad donum sapientiæ, quantùm vero ad res creatas ad donum scientiæ, quantùm vero ad aplicationē ad singularia opera pertinet ad donum consilij.* Deserviunt ergo ex mente D. Thom. omnia dona intellectualia ad fidei excellentissimū actum eliciendum: ergo nequeunt causare substantiam actus, sed modum ipsius ergo nequè substantiā contemplationis, sed hæc à fide proveniet.

27 Causatur igitur actus contemplationis infusę in primo gradu eius, seu provt est actus donorum hoc ordine: Primò mediante aliquo auxilio speciali movetur anima ad intuendum simplici intuitu veritatem fidei. Deindè donum intellectus penetrat altissimo modo eandem veritatem, quo posito confertur voluntati auxilium specialissimum ad diligendum Deum, ex qua dilectione Deus animæ intimé vnitur, eumque anima suavi dulcedine degustat. Sapientia deindè sapidé iudicat de divina bonitate gustata, & credita, ac deniquè scientia cognitione illa animam replens fruitivo amo-

re abundè gaudere facit. Cùmque amor tarda molimina nesciat, ad eximia movet animam opera, quæ vt iuxta regulas divinas fiant, donum consilij dirigit ad ea patranda. Hæc ita in primo gradu contemplationis evenire indicamus, quid autem de sequentibus sit dicendum, infra patebit.

ARTIC. VI.

Vtrùm detur contemplatio infusa ab altiori principio dimanans?

28 DIco primò: Datur aliquando contemplatio divina altior illa, quæ ab habitibus fidei, & donorum præcisè procedit. Hæc autem est supereminens contemplatio media aliqua illustratione animæ à Deo immissa absque omni penitùs huius diligentia; non quidèm per modum permanentis animæ concessa, sed per modum transeuntis. Doctrina hæc est nostri Thomæ à Iesu *de contemplat. divin. lib. 6. in Prologo, & cap. 1.* Idque probat ex Div. Thom. *de Verit. quæst 12. art. 1. ad 7.* vbi ait: *Illud est pleniùs, & perfectiùs lumen quod datur per modum actus, sive passionis, quam illud quòd per modum habitus infunditur: quia ex altitudine huius luminis actualis contingit, vt humana mens illud possidere non possit per modum habitus.*

D.Th.

In hoc eodem sensu intelligit Div. Thomam. 2.2. *quæst. 45. art. 5. in corp.* vbi ait: *Quidam autem altiori gradu perficiunt sapientiæ donum quantum ad contemplationem divinorum, in quantum scilicèt altiora quadam mysteria, & cognoscunt, & alijs manifestare possunt: & etiam quantum ad directionem humanorum secundum regulas divinas, in quantum possunt non solùm se ipsos, sed etiam alios ordinare, & iste gradus sapientiæ non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem.*

29 Ex quo manifestè constat Seraphicam Doctricem nostram Theresiam (in ipsius gloriam hæc pauca scribere fas sit) hunc habuisse supereminentem scientiæ gradum: nam non solùm altissima novit mysteria, sed cœlestibus suis scriptis, suòque tempore verbis alijs propinavit; ac per regulas divinas non solùm herohica exercuit virtutum opera, verum alios exercere fecit.

30 Dico secundò: Huius supereminentis contemplationis varij sunt gradus: quandòque enim dato lumine supradicto non infunduntur species, sed divina dispositione præexistentes in phantasia, aut imaginatione coordinantur miro modo, vt talia, aut talia myste-

teria modo specialissimo cognoscantur: quæ quidèm mysteria sic repræsentata semper cognoscuntur per comparationem ad obiecta propria illarum specierum: licèt vltimatè cognitio sistat in contemplatione diuinę veritatis. Similiter in secundo gradu, quandò scilicèt huiusmodi imaginariæ species infunduntur, cognoscitur mysterium per conversionem ad phantasmata. Tertius gradus est quandò præcedentes species talitèr coordinantur in ordine ad repræsentandum mysterium, quod illud possit cognoci, aut per conversionem ad phantasmata, aut sine conversione ad ipsa. Quartus deniquè gradus huius supereminentis evenit, quandò tàm species, quàm lumen infunduntur à Deo, diciturquè proindè absolutè scientia infusa.

31 De hoc vltimo gradu dicit D. Thomas, esse nudam contemplationem divinæ veritatis: quia videlicet, tàm lumen, quàm species accipiuntur sine ordine ad aliquid sensibile, ideòque est purè, nudè intellectualis: *Quarè manifestum est* (inquit 2.2. *quæst.* 174. *art.* 1. *quod manifestatio divinæ veritatis, quæ fit per nudam cõtemplationem veritatis, potior est, quàm illa, quæ fit sub similitudine corporalium rerum: quia magis appropinquat ad visionem Patriæ, secundum quã in essentia Dei veritas inspicitur.* D. Th.

32 De hac contemplatione differens Dionysius Cartusianus *opuscul. de vita inclus. cap.* 19. ita ait: *Interdùm fit hoc per similitudines corporales, interdùm per formas imaginarias, interdùm verò sublimius, purius, ac divinius per species, & radios intellectuales, hoc est per solam intellectualem illuminationem, & spiritualis speciei, ac luminis infusionem, vt contingere solet personis perfectis, & heroycis, & divinis, quæ sæpè inopinatis excessibus feruntur, seu potius rapiuntur in Deum.* Species huic gradui contemplationis deservientes esse infusas, sive intellectuales illæ sint sive imaginariæ, sic explicuit Div. Bernardus *in cantica Sermon.* 41. *Ego non puto esse aliud quàm texere spirituales quasdam similitudines, & in ipsis purissima divinæ sapientiæ sensa animæ contemplantis conspectibus importare, vt videat saltèm per speculum, & in enigmate, quòd non dum valet vllatenùs intueri facie ad faciem.* Dioni. Cartu. D. Bernard.

33 Sed præ omnibus audiatur D. Thomas, qui *quæst.* 15. *de Verit. art.* 1. *in corpore, & ibid. quæst.* 18. *art.* 1. *ad* 12. concedit species aliquandó animæ infundi ad modum, quo Angelis: concedit enim Adamo in statu innocentiæ mo-

dum cognoscendi similem modo Angelorum; sicquidem ait: D. Th. *Dicendum quòd Angelus in statu naturæ conditæ non vidit Deum per essentiam, sed solùm hoc ei competebat per gratiam Adam autèm in statu innocentiæ per gratiam habuit illum modum visionis, quem habet. Angelus per naturam, & ideò dicitur sicut alter Angelus.*

Sicùt ergo Angelus iuxta suam naturam per species infusas, sive à Deo productas cognoverat, sic Adam, & quilibet alius per gratiam. Cum hac tamèn differentia quod Angelo debentur prædictæ species ex natura rei, & illis eget naturali exigentia, Adamo ex quadam decencia, & connaturalitate non naturæ, sed status originalis iustitiæ. Homini autem post lapsum originale omninò gratuitò conceduntur.

ARTIC. VII.

Vtrùm in supereminenti gradu contemplationis aliquandò evidentèr quædam mysteria cognoscantur?

34 AD plenam huius articuli intelligentiam supponendum est, ad apicem contemplationis per quosdam quasi gradus animam ascendere hæc quippé est mystica illa scala Iacob. Huius igitur mysticæ scalę, contemplationis inquam, primus gradus assignatur contemplatio acquisita, quæ duplex iterùm est: alia quæ solis innititur principijs naturæ, qualis est quæ acquiritur per considerationem effectuum naturalium: alia, quæ innititur principijs fidei, quando scilicét præsuposito assensu qua si Theologicè mens discurrit, & ex hoc discursu sistit in simplici intuitu, seu cognitione veritatis revelatæ. Secundus gradus est contemplationis infusæ, quandò videlicèt absque industria propria elevatur anima ad intuitum divinæ veritatis, quæ similiter duplex est, alia per affirmationē, per negationē altera, de quibus supra.

In tertio gradu constituitur supereminens contemplatio, quæ rursus in sex alios dividitur: primum illa tenet, in qua infunditur lumen præcisè per modum transeuntis. Secundum in qua immaginatæ species solùm coordinentur ab ipso lumine. Tertius in qua species non solùm coordinantur, sed infunduntur. Quartus in qua vtitur mens speciebus intelligibilibus non solùm infusis, verum etiam coordinatis. In his omnibus gradibus non est omninò exploratum, an anima intelligat sine conversione ad phantasmata. Cæterum in quinto gradu, in quo species intelligibiles simul cum

cum lumine infunduntur, datur pura contemplatio ab omni cooperatione phantasiæ, & cõversione ad ipsa phantasmata omnino libera. Sextus deniquè gradus contemplationis supereminentis est quandò Deus conferre dignatur animę lumen gloriæ, saltim per modum transeuntis, quo Deum vt est in se intuitivé contemplatur. Quod possibile esse hominiviatori asserit D. Thom. *proximè citat. quæst.18. de Verit. eodem art.5. ad 13.* vbi loquens de Adamo in statu innocentiæ, ait: *Si tamèn per aliquem raptum fuerit adhoc elevatum supra communem cognitionem, quæ tunc ei competebat, vt Deum per essentiam videret, non est inconveniens, cum talis gratía ita potuerit conferri in statu innocẽtiæ, sicùt est post statũ peccati.*

D. Th.

35 Deindé supponendum est quod in hoc vltimo gradu datur evidentia de visis dequè rebus ibi revelatis, quod non contingit in alijs gradibus contemplationis præterquàm in quinto supereminentis: quarè solùm est difficultas circa hunc quintum gradum an in ipso in quo vt diximus tám species, quàm lumen infunduntur ad cognitionem alicuius mysterij, dari possit evidentia circa tale mysterium?

36 Dico igitur quòd in hac contemplatione, quæ dici potest, & revera est scientia infusa, potest anima habère evidentiam quòad an est mysterij v.g. Trinitatis, & cuiusvis alterius, Probatur: Nàm per species â Deo infusas possunt repręsẽtari quilibet effectus creati: ergo & quodlibet mysterium cognosci quòad an ést: Antecedens est evidens: consequentia autem probatur: quia plures sunt effectus habentes connexionem expressam cum aliquibus mysterijs, & prædicatis divinis, vt sunt gratia sanctificans, lumen gloriæ habitus fidei, charitatis, &c. ergo his cognitis intuitivè, & quidditativé vt medijs speciebus à Deo infusis potest fieri, necessario cognoscitur mysterium quòad an est; implicat enim cognoscere quidditativè aliquid dicens essentialitèr habitudinem, aut connexionem, quin cognoscatur saltim quòad an est terminus talis habitudinis, aut connexionis. Doctrina hæc est D. Thomæ ad Annibal. *dist.3. quæst.2. art.1.* Ex eaque infert illustrissimus Godoy Christum Dominum cognovisse per hanc scientiam infusam evidentèr quòad an est Mysterium Trinitatis. Cum ergo hæc scientia convenire valeat puræ creaturæ, etiàm huiùsmodi evidens cognitio. Cũ hac tamen differentia quòd Christo Domino fuit communicata habitualitèr, homini autem sempèr datur transeuntér.

Pro-

Probabilissimum autem, & pium est etiam B. Virgini habitualitèr fuisse communicatá, sed etiàm cum discrimine á Christo Domino: nàm huic debebatur hæc scientia, & titulo capitis Ecclesiæ, & titulo vnionis ad Verbum; Beatissimæ autem Virgini solùm titulo decentiæ, vt quæ Dei Mater extitit, aliquid supra cæteros haberet. Ita de Beata Virgine sentit Albertus Magnus lib. de B. Virgin. *cap.71.* D. Antoninus 4. *p. titul.15. cap.17. §.1.* De alijs per modum transeuntis ipsius fuisse communicatam tenet N. Thomas à Iesu *de Contempl. divin. lib.6. cap.3.* In hoc sensu intelligendus est Gregorius Magnus 2. *Dialogor. cap.3.* quandò de Beato Benedicto dixit: *Quid mirũ si mundum ante se collectum vidit, qui sublevatus in mentis lumine extra mundum fuit. Quod autèm collectus mundus antè eius oculos dicitur, non Cœlum, & terra contracta est, sed videntis animus est dilatus, qui in Deũ raptus videre sine difficultate potuit omne quod intra Deum est.* *Greg. Mag.*

Hæc autèm contemplatio, visio quodàmmodo á Patribus dicitur, non quia Deum clarè, & intuitivè videat, sed quia cũ evidens sit, licèt non clara, approximatur nimis visioni Beatificæ, licét simpliciter ab ea differat, non in evidentia, sed in claritate. A fide autem differt hæc visio etiam in evidentia, convenit tamen cum illa infallibilitate, & certitudine, & aliqualiter in obscuritate. Vndè hæc cognitio media est inter fidem, & visionem Patriæ.

36 Hac visione supereminentis contemplationis fuisse potitam Sanctissimam Matrem nostram Theresiam omnes eius historiographi testantur. De ipsaque accipiunt illud *Mansion. 7. cap.1. Metida en aquella morada por vision intellectual, por cierta manera de representacion de la verdad, se le muestra la Santissima Trinidad todas tres personas, con vna inflamacion, que primero viene à su espiritu, à manera de vna nube de grandissima claridad: y estas personas distinctas, y por vna notici a admirable, que se dà al alma, entiende con gran verdad ser todas estas tres personas vna substancia, y vn poder, y vn saber, y vn solo Dios. De manera, que lo que tenemos por fe, alli lo entiende el alma, podemos dezir, como por vista, porque no es vision imaginaria.* *S. Theresia.*

AR-

ARTIC. VIII.

Quibusdam interrogationibus fit satis.

37 INquires primò: An evidentia per contemplationem habita excludat fidem? Respond. quod duplex est evidentia; alia revelationis, alia mysterij revelati, vel effectus connexi cum tali mysterio. Prima evidentia, scilicet revelationis, non evacuat fidem mysterij revelati. Ita nostri Salmāt. *tract. de Fide disp.* 3.*n*.7. citantes viginti alios Authores tàm intra, quàm extra Scholam D. Thomæ. Et ratio est, quia cognoscere evidenter motivum credendi, quale est revelatio divina, non potest tollere fidem; imò potius facit evidētis credulitatis demōstrationem, quæ evidentia fidem non evacuat. Et ideò ait Diu. Thom. 2. 2. *quæst*.5. *art*.2. *in corp.* D. Th. *Alio modo quia intellectus convincitur ad hoc vt iudicet esse credendum his, quæ dicuntur. Sicut si aliquis Propheta pronuntiaret in sermone Domini aliquid futurum, & adhiberet signum, mortuum suscitando, & hoc signo convinceretur intellectus videntis, vt cognosceret manifestè hoc dici à Deo, qui non mentitur, licèt illud futurum, quod prædicitur in se evidens non esset. Vnde per hoc ratio fidei non tolleretur.*

38 Secunda evidentia, nempe mysterij, aut quando mens contemplantis cognoscit aliquem effectum evidenter, qui quidem effectus necessariā, & essentialem connexionem dicit cum aliquo mysterio, non admittit fidem actualem talis mysterij, bene tamen habitualem, imò circa alia mysteria non evidentèr cognita fidem actualem admittit. Ratio omnium desumitur ex D. Thom. 2. 2. *quæst*.1. *art*.5. Vbi impossibile reputat aliquid esse creditum, & scitum, sive evidenter cognitum: *Quia opportet* (inquit) *quæcumque sunt scita aliquomodo esse visa; non est autem possibile quòd idem ab eodem sit visum, & creditum. Vndè etiam impossibile est quòd ab eodem sit scitum, & creditum.* D. Th. Quòd autem habitus fidei possit persistere cum visione per modum transeuntis alicuius mysterij, constat ex eodem D. Thoma, qui loquens de visione Beatifica, quam per modum trāseuntis habuit Paulus, quæque evidentior scientia est quàm scientia infusa, ita habet 2. 2. *quæst*.175. *art*.3. *ad* 3. *Dicendum quòd quia Paulus in raptu non fuit Beatus habitualiter, sed solum habuit actum Beatorum, consequens est vt simul tunc in eo non fuerit actus fidei, sed tamen simul fuit*

in eo habitus. Idem habet q. 13. *de Verit. art. 2. & quæst. 20. art. 2. & lect. 1. in caput 2. ad Corinth.*

Quòd autem in eo, qui habet evidentiam alicuius mysterij compatiatur cum ea fides in actu circa alia non evidenter cognita, est communis Theologorum sententia. Quod quia penitus difficultate caret prætermittimus. Videantur nostri Salmant. *loc. cit. à num.* 33.

40 Inquires secundò: An hæc cognitio supereminentis contemplationis possit per aliquod tempus durare? Et videtur quòd non: supponimus enim fieri per auxilium transiens. Sed affirmativè respondetur iuxta probabilissimam sententiam, quam vt talem refert D. Thō. 2. *ad Chorint. cap. 12. lect. 1.* vbi ait: *Raptum Pauli durasse per tres dies nempe triduo illo quo post postrationem suam stetit neque videns neque manducans, neque bibens, vt quidam dicunt satis probabiliter.*

D. Th.

Neque obstat ratio dubitandi: quia aliquam qualitatem esse transeuntem, aut permanentem, non desumitur ex duratione, sed ex modo quo communicatur in ordine ad operationem, an scilicet per modum formæ connaturalis, an vero per modum motus, & elevationis. Cumque qualitas illa non communicetur vt forma connaturalis, sed vt elevatio, proculdubiò relinquitur in ratione transeuntis.

41 Inquires tertiò: An huiusmodi contemplatio pura sensuum alienationem causet? Respondet ad hoc noster Thomas à Iesu *loc. cit. cap. 4,* indifferenter evenire: aliquando enim fit cum sensuum alienatione, aliquando vero sine illa: regulariter tamē sensuum alienationem, aut hæbetationem causat. Sed quia de hoc iterum cùm de raptu erit sermo *tract. sequenti,* mòdo solum explicabimus statum ánimæ, & effectus huius cōtemplationis verbis Seraphicæ Matris nostræ Theresiæ *Mans. 7. cap. 1.* Vbi postquam præfatam Trinitatis Visionem explicuit, subdit:

Pareceros ha, que segun esto no anda en si, sino tan embebida que no puede entender en nada? Anda mucho mas que antes en todo lo que es servicio de Dios, y en faltando las ocupaciones se queda con aquella agradable compañia, y sino falta el alma à Dios, él jamas faltarà, à mi parecer, de darle à conocer tan notoriamente su presencia: y tiene gran confianza, que no la dexara Dios, que la ha hecho esta merced, para que le pierda, y ansi se puede pensar, aunque no dexa de andar con mas cuydado que nunca, para no le desagradar en nada. S. Ther.

El traer esta presencia, en-

tien-

tiendese, que no es tan enteramente, digo tan claramente como se le manifiesta la primera vez, y otras algunas que quiere Dios hazerle este rega'o: porque si esto fuesse, era impossible entender en otra cosa alguna, ni aun vivir entre la gente: mas aunque no es con tanta luz, siempre que advierte se halla con esta compañia. Quibus in verbis mirificè complectitur Seraphica Doctrix totam Doctrinam ad intelligentiam prædictæ contemplationis, & ipsius effectum necessariam.

QVÆSTIO QVARTA.

DE VNIONE ANIMÆ CVM DEO IN *exercicio Mysticæ Theologiæ.*

Acto iam de gradibus contemplationis, & de modo, quo Deus intelligibiliter vnitur intellectui contemplantis, ordo doctrinæ exigit vt de vnione Mystica, deqúe divini agamus amoris efficacia: quia vt bené inquit Augustinus 8. de Trinit. amor est quasi iunctura quædam duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet, & quod amatur. Vndè omnis vnio sive naturalis sit, sive moralis, sive Mystica oritur ex amore vel naturali, vel amicabili, aut Mystico. Hinc plures dantur vniones Dei ad suas creaturas; vnamquamque enim pro sua capacitate diligit amore non quidem præcisé affectivo, sed effectivo. Vndé amor divinus erga creaturam semper habet pro effectu vnionem ipsius Dei cum creatura: quocirca sit.

ARTIC. I.

Quotuplex sit vnio Dei cum creaturis?

1 Dicendum est multiplicem esse Dei vnionem cum creaturis, ortam ex amore. Primò enim Deus amando creaturas dat illis esse. Et in illis per essentiam ratione suæ immensitatis, perspicit omnia, omnia gubernat, & disponit. Vnde Actor. 17. di-

citur: *In ipso vivimus, movemur, & sumus.* Sed hæc vnio generalis est, quare non especiatim ad nostrū attinet Mysticum institutum.

Actor. 17.

2 Secundò amando creaturam rationalem confert illi gratiam, ratione cuius vnitur animæ iusti, possumusque appellare hanc vnionem, quamvis supernaturalis sit, habitualem, fit enim ratione habitus, estque communis omnibus iustis etiam pueris, & ratione non vtentibus; datque esse supernaturale, & filiationem adoptivam, iuxta illud Ioannis: *cap.* 3. *Videte qualem charitatē dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.*

Ioānis.

3 Tertius modus vnionis provenit ab actu amoris, qui elicitur ab habētibus gratiā, & charitatem, quibus Deus speciali titulo, ac per consequens modo vnitur, iuxta illud Ioannis: *siquis diligit me, diligetur à Patre meo, & ad eum veniemus.*

4 Quartò datur vnio per conformitatem amantis nihil aliud volentis nisi id, quod Deus vult, voluntatemque divinam in omnibus exequi desiderantis. Iuxta illud Orationis Dominicæ: *Fiat voluntas tua sicùt in cœlo, & in terra.* Quæ quidem vnio tàm contēplativis, quàm activis communis est: possumusque eam dicere vnionem affectivam conformitatis. De qua sic loquitur Seraphica Doctrix Theresia Mansion. 5. *cap.* 3. ante mediū: *La verdadera vnion se puede muy bien alcanzar con el favor de nuestro Señor, si nos esforçamos à procurarla con no tener voluntad, sino atada con la de Dios, y quando vbieremos alcanzado esta merced del Señor, ninguna cosa se os dé de essotra vnion regalada, que lo que ay de mayor precio en ella, es proceder de esta que aora digo.....Esta es la vnion que toda mi vida he deseado, esta la que pido siempre à nuestro Señor, y la que està mas clara, y segura.*

Orat. Domi.

S. The.

5 Quintum possumus assignare modum specialissimum vnionis cum Christo Deo in Venerabili Eucharistiæ Sacramento, in quo modo quodam Sacramentali, & tàm oculis carnis, quàm naturalis rationis, occulto, Deus animę vnitur. De ipso ait Christus Ioan. 6. *Qui manducat me vivit propter me, in me manet, & ego in eo:* Quod dilucidè explicat Caietanus, his verbis: *Significantius autem dicit in me, & ego in eo, & non dicit manet in carne, aut in sanguine meo, & sanguis, aut caro mea in illo, vt ascendat à carne, & sanguine, ad se ipsum, vt declaret quod manducare carnem, aut bibere sanguinem, coniungit manducantem, & bibentem non* tan-

Ioānes.

Caieta.

tantum carni, & sanguini, sed sibi ipsi, vt intelligamus, quod qui pascitur morte eius non cõiungitur tantum humana meæ naturæ, sed coniungitur mihi ipsi, qui sum non solum homo, sed verus Deus. Hec vnio etiã communis est, tàm activis, quàm contemplativis.

6 Sexta denique vnio, & quæ specialissime ad nostrum attinet institutum, est affectiva, & fruitiva, & proveniens ex contactu substantiali divinitatis ad animam in elevatissima contemplatione. Pro hac elucidanda præsens instituitur quæstio: De qua sit.

ARTIC. II.

Vtrùm in vnione animæ iusti cum Deo verè, & realiter, & non solùm obiectivè Deus animæ vniatur?

7 Dicẽdum nobis est in vnione, quæ celebratur inter animam, & Deum non solùm intervenire dona Dei, scilicet gratiam, & charitatem, & alia huiusmodi, sed verè, & realiter præsentialiter, & existentialiter, non solùm obiectivè ipsum Deum vniri animæ, quinimò totam Trinitatẽ in ea esse modo specialissimo, quo non est in alijs creaturis. Ita nostri Salmatic. *tract. 6. de Trinitat. disp.19. à num. 77.* quod probant primò authoritate Sacræ Scripturæ. Nam specialiter de Persona Spiritus Sancti dicitur ad Romanos 5. *Charitas Dei difusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Vbi nota non solùm charitatem dici difusam, sed ipsum Spiritum Sanctum datum nobis. Quod optimè explicat D. Thom. *in 1. dist.14. quæst.2. art.1.* deinde *1. ad Chor.6.* circa illa verba: *Membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est,* sic inquit *lect. 3. Dicitur, autem Templum domus Dei: quia igitur Spiritus Sanctus Deus est, conveniens est quod in quocumque est Spiritus Sanctus, Templum Dei dicatur.* Ad Rõ. D. Th.

8 Si dicas totum hoc verificari posse si dona Spiritus Sanctus sint in anima; verificatur enim, & ipsum esse ibi ratione donorum. Obstat communis sensus Sanctorum Patrum. Et in primis Div. Thomæ. *in 1. dist. 14. quæst.2. art.1.* Vbĩ postquam explicuit respectum, quem anima per dona dicit ad Deum, subiungit. *Cum igitur in acceptione donorum ipsius relatio nostra non solùm terminentur ad dona, vt ipsa tantum habeamus, sed etiam ad Spiritum Sanctum, quia aliter ipsum habemus, quàm prius, non solùm dicetur bona ipsius procedere in nos, sed etiam ipsemet;* Idem.

met; secundùm hoc enim ipse dicitur referri ad nos, secundum quod nos referimur in ipsum. Et ideò procedit ipse in nos, & dona ipsius: quia, & dona eius recipimus, & per eadem ad ipsum nos aliter habemus, in quantum per dona eius ipsi Spiritui Sancto coniungimur, per donum nos sibi assimilamus.

Colligitur etiàm hæc inhabitatio substantialis ex D. Bernardo de *vita solitar. ad Fratres de Monte Dei*. Ex Alberto Magno de *adhærēdo Deo cap.12.* Ex Dionysio Cartusian. *de vita solitar. cap.10. lib.1.* Ex D. Bonavent. *in 1. dist. 14. art. 2. quæst. 1.* Et expresse eam docet Alma Mater Theresia *Mansion. 7. cap. 1.* loquens de vnione animæ cum Deo in altissima contemplatione. Sic igitur inquit: *Aqui se le comunican todas tres personas, y hablan, y la dan à entender aquellas palabras que dize el Evangelio, que dixo el Señor, que vernia èl, y el Padre, y el Espiritu Santo à morar con el alma que le ama, y guarda sus Mandamientos. O valgame Dios, quan diferente cosa es oir estas palabras, y creerlas, ò entender por esta manera quan verdaderas son, y cada dia se espanta mas esta alma, porque nunca mas le parece se fueron de con ella, si no que notoriamente ve (de la manera q̃ queda dicho) que està en lo interior de su alma en vna casa muy onda (que no sabe dezir como es, porque no tiene lettras) y siente en si esta divina compañia.* *S. Theresia.*

Idem tenet Mysticus noster Doctor Ioannes à Cruce in *lib.* cuius titulus: *Llama de amor viva. Cant. 2. v. 3.* his verbis: *O toque delicado! O pues toque delicado Verbo hijo de Dios, que por la delicadeza de tu ser divino, penetras sutilmente en la substancia de mi alma, y tocandola tu delicadamente la absorbes toda en divinos modos de suavidad nunca oidos.* Hanc itidem sententiam defendunt ex Scholasticis, & Mysticis modernis N. Nicolaus à Iesu Maria *in phrasib. Et elucidat. Myst. part. 2. cap. 16. §. 1. & seq.* Suarez Montoya. Cornel. à Lap. *in comment. ad cap. 1. Oseæ vers. 12.* & alij apud eundem Nicolaum à Iesu Maria. *S. Ioã à Cruce.*

9 Si interum respondeas ex doctrina Illustrissi. Godoy *in 1. part. tom. 3. quæst. 43. tract. 14. disp. 100. §. 2. à num. 36.* totum hoc salvari si tantum obiectivè, non tamen, si præsentia reali tres Divinæ Personæ animæ copulentur.

Respondetur hoc stare non posse cum Doctrina D. Thom. 1. 2. *quæst. 28. articu. 1. in corpore*, vbi loquens de vnione animę amantis Deum cum ipso Deo,

Deo, distinguit inter vnionem affectivam, & effectivam, seu formalem, tenetque amorem vnionem facere cum re amata non solùm affectivè, verum, & realiter formaliter: Sic quippe ait: *Primam vnionem amor facit affective, quia movet ad desiderandum, & quærendum præsentiam amati, quasi sibi convenientis, & ad se pertinentis: secundam autem vnionem facit formaliter, quia ipse amor est talis vnio, vel nexus. Vnde Augustinus dicit in 8. de Trinit. quod amor est quasi iunctura quædam duo aliqua copulans, vel copulare appetens; amantem scilicet, & quod amatur: quod enim dicit copulans refertur ad vnionem effectus, sine qua non est amor: quod vero dicit copulare intendens, pertinet ad vnionem realem.* D. Th.

10 Si ergo Deus tantùm obiectivè esset amatus, amor non causaret in anima vnionem realem, sed potius eam ex terminis excluderet. Deinde amatum solùm erit terminus extrinsecus amoris, quod est contra ipsius naturam, quæ in hoc consistit, quód sit vnio realis formalis amantis, & amati. Vel esset contra amantis intentionem: intendit namque omnis amans amato copulari quantum sibi possibile est. Cumquè possibile sit Deum realiter vniri creaturæ, vt patet in rebus naturalibus quibus intimé vnitur per essentiam, præsentiã, & potentiam: Cur non idem dicendum de anima modo sibi proportionato? Huius difficultatis decisionem præmittere, necessarium existimavi, vt quæ de vnione deinceps dicenda sunt, facilius capiantur, & intelligantur.

ARTIC. III.

Vtrùm anima ad sponsalitiam vnionem cum Deo aliquo speciali cultu ab ipso disponatur?

11 Vidimus *art. præcedenti ex D.* Thom. pro diversitate donorum diversimode non solùm nos referri ad Deum, sed & ipsum aliter se habere ad nos, in ordine ad vnionem cum anima celebrandam, quo supposito.

Dico primò: Deus ratione amoris amicabilis cum iustis vt amicus se habet, estquè in illis vt dulcis hospes animæ, qui quidèm amor, aut amicabilis vnio communis est omnibus iustis, & Deum diligentibus. Quamquidèm vnionem sic explicat D. Thom. *loc. cit.* ex 1. 2. *Aristophanes dixit quod amantes desiderant ex ambobus fieri vnum: sed quia ex hoc accideret, aut ambo, aut alterum corrumpi, quærunt vnionem, quæ convenit, & decet, vt scilicèt simùl conversentur, & simùl* D. Th.

mul colloquantur, & in alijs huiusmodi coniungantur. Cùm ergo ex vnione cum Deo anima stabiliatur, & ex eius amicitia roboretur, quęrit vnionem amicabilem cum ipso, ipsi amicabilitèr loqui, cui affectui Deus correspondens vt amicus fidelis, ipsi inseparabilitèr associatur.

12 Dico secundò: Quandò Deus animam ad sponsalitiam vnionem decernit elevare varijs, & specialissimis donis eam ornat, multiplicique favore disponit. Quod exẽplo Scripturæ apprimè explicat Mysticus noster Doctor Ioannes à Cruce *in Flam. amor. viva: Cant.3. vers.3. §.3.* dicens: *En este estado de desposorio del alma con el Verbo Divino, la haze el esposo grandes mercedes, y la visita muchas vezes amorosissimamente, en que ella recibe grandes favores, y deleytes. Fue esto figurado en aquellas Donzellas recogidas para esposas del Rey Asuero, que aunque las avian ya sacado de sus tierras, y de las casas de sus Padres, las tenian encerradas en Palacio por algun tiempo, disponiendolas con ciertos vnguentos, y especies aromaticas para entrar en el aposento de el Rey.*

S. Ioã. à Cruce.

13 Dicendum tertiò: quòd sicut in humanis ante contractum sponsalium, celebraturi spõsalia alter alteri coram producitur: Vulgo *Salen à vistas*; sic divinus sponsus se se animæ ostendit mediante aliqua vnione, & quandòque visione Verbi Incarnati. Sic Sanctissima Mater nostra Theresia *Mans.5. cap.4. in principio*: *En estos desposorios* (inquit) *todo es espiritual, porque todo es amor con amor, y sus operaciones son limpissimas, y tan delicadissimas, y suaves, que no ay como dezirse; mas sabe el Señor darlas à sentir. Pareceme que la vnion aun no llega à Matrimonio espiritual, sino como acà quando se han de desposar dos, se trata que el vno al otro se vean, para que mas se satisfagan. Assi aqui, supuesto que ya el alma està bien informada del bien que desea, y determinada en todo á hazer la voluntad de su esposo, le haze su Magestad esta misericordia, que quiere que lo entienda mas, y que como dizen venga à vistas, y juntarla consigo.* Hęc autem vnio dispositiva ad vnionem sponsalitiam, vt in plurimum est citò transiens: cuius brevem durationem expressit èadem Seraphica Doctrix *cap.18. vitæ suæ*, his verbis: *Verdad es, que à los principios passa esta vnion en tan brevissimo tiempo..... Y notese esto que à mi parecer por largo que sea el espacio de estar el alma en esta suspension de todas las potencias es muy bre-*

S. Theresia.

breve; quando estuviesse media hora, es muy mucho: y yo nũca à mi parecer estuve tanto. Eandem durationem, dimidiæ scilicet horæ, assignant Hugo de Sancto Vict. *lib. 2. de Anima cap. 20.*

14 Celebraturi deinde sponsalia xeniola aliqua alter alteri mittunt, inter quæ præcipuum esse solet dilecti effigies, ne vel memoria excidat, vel tepescat amor. Similiter cœlestis sponsus sui mittit sponsæ menti, seu imprimit similitudinem quandam, ne vnquam dilectę excidat memoria. Antiquum certe desiderium in ipso, vt illud testatur Canticor. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio*, quæ quidem iugis dilecti præsentia, indelebilisque memoria miros habet in anima effectus: quod apprimè explicat Rusbroquius *lib. 2. Spirit. Nuptiar. cap. 36.* dicens: *Dona potiora, cumulatioraquè præstantur, & tres supremæ hominis potentiæ exornantur, illustrantur, & in libertatem vindicantur. Et cap. 37. Hinc iam hominis, memoria sublevatur, & à peregrinis, ac extraneis incidentibus cogitationibus, & ab instabilitate fit libera. Et cap. 38. Rivus alius scaturijt ac erupit: is est quædam claritas spiritualis varijs modis discretè, ac distinctè in intellectum influens, cumquè suo splendore illustrãs, adeò vt cunctis in virtutibus veram præstet, ac indicet discretionem.* Et cap. 40. *Divinæ gratiæ abundantia, Deiquè fidelitas tertium in hac ipsa spiritus vnitate rivum scatere, ac manare faciunt, qui est fervor quidam inspiratus, hominis voluntatem velut ignis inflammans, voransquè, & absumens omnia, & redigens in vnitatẽ, necnon cunctas animæ vires largissimis donis, & singulari quadam excellentia perfundẽs, atque permadens, & in ipsa denique voluntate subtilem, ac spiritualem absque labore amorem, & excitans, & efficiens.* Alios autem amoris effectus, quibus anima purificatur, referemus *art. sequenti*,

Cantic.

Rusbroquius.

ARTIC. IV.

Vtrùm amore seraphico, & cordis vulnere anima vltimo disponatur ad sponsalia hæc contrahenda?

15 Affirmat (quia nulla efficacior ratio) experientia Sanctorum Parentum Theresiæ, & Ioannis à Cruce. Illa namque *cap. 29.* sue vitæ aureo spiculo, simulque ignito ab ardenti Seraphin cor transverberari expertã fuisse testatur his verbis: *Veiale vn dardo de oro largo en la* S. Theresa.

ma-

mano, y al fin del hierro me parecia tener vn poco de fuego, este me parecia meter por el coraçon algunas vezes, y me llegava à las entrañas, al sacarle me parecia las llevava consigo, y me dexava abrasada toda en amor grãde de Dios: era tan grande el dolor que me hazia dar aquellos quexidos, y tan excessiva la suavidad que me pone este grandissimo dolor, que no ay desear que se quite: no es dolor corporal, sino espiritual, aunque no dexa de participar el cuerpo algo, y aun arto. Es vn requiebro tan suave, que passa entre el alma, y Dios, que suplico yo á su bondad lo de à gustar à quien piensa que miento. Los dias que durava esto, andava embobada, no quisiera ver, ni hablar, sino abraçarme con mi pena que para mi era la mayor gloria de quãtas ay en lo criado. Ex quo patet non semel animam hoc seraphico vulnere purificari, sed iterum atque iterum vsquedum ad vltimam transformationem, perfectionemque, quæ Deidecet sponsam, perveniat.

16 In eundem fere sensum loquitur S. P. Ioannes à Crucẽ *in Flam. amor. viv, cant. 2.* §. 2. agẽs de vulneratione amoris invisibili, qua invisibiliter vulneratur tota anima; sic igitur inquit: *Desta manera ya hecha toda vna llaga de amor, està toda sana transformada toda en amor, y llagada en amor, porque en este caso el que està mas llagado, esta mas sano, y el que està todo llagado, està todo sano. Y no porque estè esta alma ya toda llagada, y toda sana dexa el cauterio de hazer su oficio, que es herir de amor..... Este cauterio, y esta llaga es à mi ver el mas alto grado que en este estado puede ser: mas ay otras muchas maneras, que ni llegan aqui, ni son como esta: porque esto es de toque de divinidad en el alma, sin forma, ni figura alguna natural, formal, ni imaginaria.* S. Ioã. Cruce.

Mas otra manera de cauterizar el alma suele aver tãbien muy subida, y es en esta manera: acaecerà que estando el alma inflamada en este amor, aunque no està tan cauterizada como aqui emos dicho, aunque arto conviene lo estè para lo que quiero dezir: y es que acaecerà que el alma sienta embestir en ella vn Serafin con vn dardo enarbolado de amor encendidissimo, traspassandola esta ascua encendida, ò por mejor dezir aquella llama cauterizandola subidamente: y entonzes en este cauterizar traspassandola, apresurase la llama, y sube de punto con vehemencia, &c. Et inferius (vt explicaret quibus hoc speciale donum, & Seraphicum vulnus

con-

concedatur) subdit: *Pocas almas llegan á esto, mas algunas han llegado, mayormente las de aquellos, cuya virtud, y espiritu se avia de difundir en la sucession de sus hijos, dando Dios la riqueza, y valor à la cabeça, segun avia de ser la sucession de la casa en las primicias del espiritu.* O fœlix vna ante alias cœlestis origo! Fœlicissima nudipedum Carmelitarum familia, cuius Prothoparentes Seraphicos toties sunt experti ardores, quorum capitalia incendia tot amoris ignes divinos produxére in posteros.

ARTIC. V.

Vtrùm Mystica sponsalia cum raptu animæ ad Deum celebrentur?

16 Dico primò Cum nostro V. P. Fr. Iosepho à Iesu Maria de Ascēsu animæ ad Deum *tom.2. lib. 2. cap.15.* quod proculdubio anima assumitur in sponsam in aliquo posita mirabili raptu, vel ecstasi. Ita asserit N. B. P. Ioannes à Cruce *lib. Cantion. cant.13. vers.1.* vbi inquit: *Ordinariamente segun los grādes fervores, y ansias de amor, que han provenido en el alma, suelen ser tambien grandes las mercedes, y visitas, que Dios haze à la misma alma. Andādo pues ella con estas ansias, la descubriò el Señor algunos rayos de su grandeza, y divinidad, segun que ella deseava, los quales fueron de tanta alteza, y con tanta fuerça comunicados, que la hizo salir de este por arrobamiento, y extasis, donde entra el feliz estado, que llaman desposorio espiritual con el Verbo Divino hijo de Dios.*

S. Ioā à Cruce.

La primera vez que sucede esto, comunica Dios al alma grandes cosas de si, hermoseandola de Grandeza, y Magestad, y adornandola de dones, y virtudes, y vistiendola de conocimiento, y honra de Dios, bien assi como á desposada en el dia del desposorio.

Idem tenet Sanctissima Mater Theresia Mansion.5.*cap.* 4. in principio dicens: *El desposorio entiendo yo que deve ser quando da el Señor arrobamiento, que la saca de sus sentidos; porque si estando en ellos se viesse tan cerca de tan gran Magestad, no era possible por ventura quedar con vida.*

16 Dico secundò: sæpè in hoc desponsalitio raptu dona, & virtutum insignia ab sponso sponsæ donantur spirituali quidem modo, licet aliquando etiam exterius appareant. Plura de hac re suppetunt exēpla. Passionis clavus Seraphicæ traditur Theresiæ vt desponsationis signum, vt patet ex

verbis Christi ad ipsiam: *Deinceps vt vera sponsa meum zelabis honorem.* Item à Beatissima Virgine Maria, eiusque cœlesti sponso Ioseph veste cādida, & prætiosissima, & aurea torque prætiosis ornata gemmis fuit insignita, quod, & insimili casu Sacræ Virgini Agneti evenisse canit Ecclesia: *Dexterā meam, & collum meū cinxit lapidibus prætiosis tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas, induit me Cyclade auro texta, & immensis monilibus ornavit me: annulo suo subbarravit me Dominus meus IesusChristus, & tanquam spōsam decoravit me corona.* Testatur hoc idem annulus ille B. Catharinæ Martyri collatus, Senensi impositæ plagæ, alijquè, alijs sanctis, concessi favores.

Officiū Eccles.

Eccles. in eius Festo.

17 Dico tertiò Huius desponsationis effectus inter alia specialissimus est vnio habitualis cum divino sponso, qua præcedentia quiescunt ardentia desideria, incipitque fruitivus, quietus, & dulcissimus amor: sibi namque cōiūcto bono suavi fruitione potitur. Mirabili proprietate id explicat S. P.N. Ioannes à Cruce *loc. nuper cit.* his verbis. *En esta dichoso dia se le acaban al alma las ansias vehementes, y querellas de amor que antes tenia; mas quedando adornada de los bienes que digo, comiença agozar de vn estado de paz, y deleyte; y de suavidad de amor: y conociendo estas grandezas de su amado de que goza por la vnion del desposorio, ya no dize cosas de ansias, y penas como antes, sino comunicacion de dulce, y suave amor, en exercicio pacifico de este omor: porque ya en este estado todo aquello fenece; pero no à todas las almas que llegan à èl, se les comunican estas mercedes de vna manera, sino à vnas mas, y à otras menos: à vnas de vna manera, y à otras de otra..... En esta divina vnion ve, y gusta abundancia de riquezas inestimables, y halla todo el descanso, y recreacion que ella puede desear, y entiende secretos, è intelligencias de Dios estrañas, que es otro manjar de los que mejor le saben. Siente en Dios terrible poder, y fuerça, que de todo otro pòder, y fuerça priva: gusta alli admirable suavidad, y deleyte de espiritu, halla verdadero sossiego, y luz divina, y gusta altamente de la sabiduria de Dios, que en el harmonia de las criaturas de Dios reluce: y sientese llena de dones, y vacia, y agena de males: y sobre todo entiende, y goza de vna inestimable refeccion amorosa que la confirma en amor.*

S. Ioā. àCruce

AR-

ARTIC. VI.

Vtrùm matrimonium ſpirituale celebretur inter Deum, & animam media viſione imaginaria humanitatis Chriſti?

18 SVmma, & vltima fœlicitas iuſtis in hac vita conceſſa matrimoniũ ratum eſt cum Deo ab anima contractum. Ratum, inquam, nam conſummatum ſolùm in Patria invenitur. Quod quidem ratum Matrimonum vt clarius animæ innoteſcat, celebratur cum imaginaria viſione Chriſti Domini, ſponſi dulciſſimi animarum. Sic experta Thereſia *Manſ.7. cap.2.* vbi ait: *Vengamos à tratar del divino, y eſpiritual matrionio: aunque eſta grande merced no deve de cumplirſe con perfeccion en eſta vida, pues ſi nos apartamos de Dios ſe perdìra eſte tan grande bien* (non enim eſt indiſſolubile ex parte ſubiecti hoc matrimonium, cùm ſemper remaneat liberum arbitriũ vertibile in malum, ac ſecluſa confirmatione in gratia potens peccare) *La primera vez que Dios haze eſta merced, quiere ſu Mageſtad moſtrarſe al alma por viſion imaginaria de ſu Santiſsima Humanidad, para que lo entienda bien, y no eſtè ignorante de que recibe tan Soberano Don. A otras perſonas ſerà por otra forma, à eſta de quien hablamos* (Scilicet ipſimet) *ſe le repreſentò el Señor acabando de comulgar, con forma de gran reſplandor, y hermoſura, y Mageſtad, como deſpues de reſucitado, y le dixo que ya era tiempo de que tomaſſe ella por ſuyas ſus coſas, y el tendria cuydado de las ſuyas, y otras palabras que ſon mas para ſentir, que para dezir.* Vide Cantica Canticor. ibi namque quæ ſilet verba Thereſia paſſim exprimuntur.

S. The.

19 Dico ſecundò: Hæc vnio, in qua ſpirituale matrimonium conſiſtit, quodque media viſione imaginaria humanitatis Chriſti Domini celebratur, eſt felicitas ſumma, ad quam anima (vt diximus) in hac vita aſcendere valet. Ad quam cætera, quæ hucuſque diximus de purgatione tã activa, quàm paſſiva, de virtutum acquiſitione, de contemplatione tã acquiſita quàm infuſa vt diſpoſitio ſe habent. Hoc aſſertum quoad primam partem eſt expreſſa doctrina noſtri Myſtici Doctoris Ioannis à Cruce Cantion. 28. his verbis: *Es el mas alto eſtado, à que en eſta vida ſe puede llegar.* Quoad ſecundam verò colligitur ex D. Bernardo *ſerm.9. in Cant.* Vbi ſimul aſſerit quòd ſi ex parte animæ detur ardens deſiderium, fideliſque amoris con-

S. Io. à Cruce

rrespondentia, proculdubio ad hanc elevabitur felicitatem, sic enim ait: *Siquis nobis ita ex desiderij virtute cupiat dissolvi, & cum Christo esse, cupiat autem vehementer, ardenter sitiat* D.Ber. *assidue meditetur, is profecto non secùs quàm in forma sponsi suscipiet verbum in tempore visitationis, hora videlicet, qua se adstringi intus quibusdā brachijs sapientiæ, atque inde sibi infundi senserit sancti suavitatem amoris: siquidem desiderium cordis eius tribuetur ei, & si adhuc peregrinanti in corpore.*

20 Annuit clarius Mysticus N. D. *loc. proxime cit.* dicens: *Para venir el alma al estado de matrimonio espiritual, que es el mas alto...... Es de notar, que primero el alma se exercitò en los trabajos, y amarguras de la mortificacion .... Y despues passò por las penas, y estrechos de amor, y despues cuenta aver recibido grādes comunicaciones, y visitas de su amado, enque se à ido perficionando, y enterando en el amor, y de èl; tanto, que passando de todas las cosas, y de si misma, se entregò à èl por vniō de amor, en desposorio espiritual, en que como ya desposada ha recibido del esposo grandes dones, y joyas, y assi solo resta hazerse el matrimonio espiritual entre la dicha alma, y el hijo de Dios esposo suyo, el qual es mucho mas que el desposorio, porque es vna transformacion total en el amado, en que se entregan ambas las partes, con tal possession de la vna à la otra por consumada vnion de amor, que està el alma hecha divina, y Dios por participacion en quanto se puede en esta vida.*

Ex quo manifestè constat rarissimam esse animam quæ ad hanc perfectionem pertingat. Nam vt notavit N. Ioseph à Iesu Maria *lib. 3. cap. 5.* Sanctissima Mater nostra Theresia plures insumpsit annos à contractu sponsalitio inito ad matrimonium spiritnale. Vt ipsa Seraphica Doct. asserit Mansion. 7. *cap. 1. & 2.*

ARTIC. VII.

Vtrùm in Matrimonio spirituali speciales alij effectus reperiantur?

21 Dicendū est quòd sicut status matrimonialis animæ cùm Deo altissimus omnium est, ita eminenciora ei conferuntur dona, atque adeò elevatiores experitur effectus. Testatur ita mellifluus Bernardus *serm. 85. in Cantica* his verbis: *Talis conformitas maritat animam Verbo, cùm cui videlicet similis est per naturam, similem nihilominus ipsi se exhibet per volun-*

luntatem, diligens sicut dilecta est: ergo si perfectè diligit, nupsit. Et Ser. 85. *Quando videris animam relictis omnibus, verbo votis omnibus adhærere, verbo vivere, verbo se regere, de verbo concipere, quod pariat verbo: quæ possit dicere: mihi vivere Christus est, & mori lucrum, puta coniugem, verboque maritatam. Attende in spirituali matrimonio duo esse genera pariendi, & ex hoc etiam diversas soboles, sed non adversas, cum sanctæ matres, aut prædicando animas, aut meditando intelligentias pariunt spirituales: in hoc vltimo interdum exceditur, & seceditur etiam à corporeis sensibus, vt sese non sentiat, quæ Verbum sentit; hoc fit cùm mens ineffabili verbi illecta dulcedine, quodammodo se sibi furatur, imo rapitur, atque elabitur à se ipsa.*

22 Dico secundo: In hac vnione habituali, quæ ex matrimonio spirituali resultat, cessant, & raptus, & ecstases exteriores, quod vt assolet explicat S. M. Theresia, *Mans. 7. cap. 3.* dicens. *Espantada estoy de ver que en llegando aqui el alma, todos los arrobamientos se le quitan, digo que se le quitan, quanto a estos defectos exteriores de perderse el sentido, y calor de el cuerpo: dizenme que esto no es sino accidente de ellos, y que no se quita lo substancial, pues lo interior antes se acrecienta. Assi que los arrobamientos en la manera que digo cessan, y no està con aquellos arrobamientos, y buelo de espiritu, ni le hazen al caso grandes ocasiones de devociõ, que si vehia vna imagen devota, ò oia vn sermon, ò musica como pobre maripossilla andavaztan ansiosa, todo le espantava, y hazia bolar: aora, ò es que hallò su reposo, ò que el alma ha visto tanto en esta septima morada, que de nada se espanta, ò que no se halla con aquella soledad, pues goza de tal compañia.* Aliam assignat ex parte hominis causam, adẽptam scilicet fragilitatatem, & debilitatem præcedentem; additque: *En fin hermanas, yo no se que sea la causa, que en comenzando el Señor amostrar lo que ay en esta morada septima, y metiendo el alma en ella, se le quita esta gran flaqueza, que le era arto trabajo, y antes no se la quitò: quiza es que la ha fortalecido el Señor, y ensanchado, y habilitado.*

S. Theresia.

23 Dico tertiò: In hoc statu frequentius Christus Dominus intimè, & spiritualiter, vel etiã imaginario modo animæ manifestatur: modò sub forma pulcherrimi Pueri in corde sponsæ dormientis, modò evigilans, domùmque cordis velut divinus zelotypa perscrutans, modò sic, modò aliter va-

rias

rias ostendens sub imagine formas. Plura itidem vt veræ spõsæ divina secreta pandẽs, quod omne ex propria experientia (vt credere par est) refert S. Parens Ioannes â Cruce *in Flam. amor. viva. Cant.2. vers.2. & Cant.4. per tot.*

24 Dico quartó: In hac vnione habituali anima transformationem totalem in divinam formam, seu conditionem patitur. Itaque: *Quando esta vida nueva* (inquit S.P. Ioannes à Cruce *loc. modo cit. Cãt. 2. vers.6.*) *ha llegado à perfeccion de vnion con Dios, todos los afectos de el alma, sus potencias, y operaciones de suyo imperfectas, y baxas, se buelven como divinas: y como por la transformaciõ en Dios, es Dios el que la govierna, vive ya en cierta manera vida de Dios.* Itaque intellectus divino illustratur lumine. Voluntas divino inflammatur amore: Memoria divinis notitijs impletur, ac speciebus fœcundatur. Appetitus per redundantiam á parte superiori, solùm quod divinum est gustat, nihilque aliud sibi cupit. Imò, & animæ substantia, etsi nequeat fieri Deus per essentiam, fit tamen per participacionem. Quo denique summa fruitur pace, & inchoatam experitur in hac vita Beatitudinem.

S. Ioã. à Cruce

***

ARTIC. VIII.

Vtrùm modus operandi activus in hoc statu obsit quieti contemplationis?

25 DIcendum est in hoc statu cessasse Marthæ quærelas: vita namque activa, & contemplativa optimè in ipso compatiuntur, ac sine alterius offensione alterutra exercere.

Prabatur: Quia sicut Deus in se vita vivit divina, qua non solùm ad intra, sed etiam ad extra operatur: formaliter, & suaviter disponens omnia; ita Deus ipse, qui speciallissima providẽtia animam in hoc statu gubernat, ita ad interiora movet, & applicat, vt simul superno illustrata lumine, corroborata viribus, quæ ad maiorem Dei gloriam spectant, eficatius, prudentius, & supra humanũ modum exterius operetur. Ideoque aiebat D.Thom. *in 3.dist. 34. quæst. 1. art.2. Sed quod homo illis causis altissimis vniatur, transformatus in earum similitudinem per modum, quo quis adhæret Deo vnus spiritus est. 1. Corint.6. Vt sic quasi ex intimo sui de alijs iudicet, & ordinet non solùm cognoscibilia, sed etiàm actiones humanas, & passiones, hoc supra modum humanum est,* *D.Th.*

&

& hoc per sapientiæ donum efficitur.

26 Vnde nihil obstat quominùs mens contemplativi quieta, & immobilis Deo inhæreat, & suas ordinet simul actiones connaturalitate quadam, non quidem naturæ, sed status, & gratiæ. Quocirca idē Angelicus Doctor 2. 2. *quæst*. 45. *art*. 2. inquit: *Sapientia quandam rectitudinem iudicij secundùm rationes divinas per connaturalitatem quandam ad ea, de quibus est iudicandum, dicit, quod pertinet ad sapientiā secundum quod est donum.*

D. Th.

26 Eandem doctrinam firmat Seraphica Doctrix nostra Theresia *Mansin*. 7. *cap*. 1. dicens: *Pareciale à esta persona* (intellige sibi ipsi) *que por trabajos, y negocios que tuviesse, lo essencial de su alma jamàs se movia de aquel aposento donde estava con aquella admirable compañia.* Neque obstat ex limitatione potentiæ creatæ, quando vtrumque ex illustratione, & dei motione provénit: idem enim anima rationalis per illustrationem, & elevationem potest habere, quod Angelus per naturalem concursum: Cumque Angelus, & contemplationi vacet, & ad exteriora simul ministeria descendat, vt patet ex Divo Thoma *in* 2. *dist*. 1. *art*. 4. *quæst*. 1. *ad* 2. *Dicenдū quod contemplatio Angelorum magis se habet per modum receptionis quam actionis, & ideo sicut luna lumen à sole recipit, & illuminat inferiora corpora; ita etiam Angelus simul illuminatur in divina contemplatione; & illuminat inferiorem, vel ministrat circa nos*; ex hoc inquam manifeste sequitur animam posse simul, & contemplationi insistere, & ad exteriora attendere ministeria.

S. The.

D. Th.

27 Inquires: An aliqua opera animæ iam purgatæ, & in altissima vnione positæ non debeant regulari per prudentiam?

Respondeo in hoc statu aliqua opera animam efficere, imò regulariter in ea videri, quæ sub regulis prudentiæ nō cadunt, non solum prudentiæ naturalis, verū neque supernaturalis infusæ. Et ratio est: quia vt ex Divo Thoma vidimus, constituti in hoc statu transformationis operantur ex donis, & speciali motione Spiritus Sancti supra modum humanum, qui quidem modus operandi transcendit omnem humanam prudentiam, etiam supernaturalem: *Quia virtutes licet infusæ* (inquiunt nostri Salmantic. *tom*.3. *in arbore virtut. numer* 7.) *ex parte obiecti, & quantum ad substantiam sint supernaturales, adhuc autem in modo regulandi mensurantur mensura accomodata rationi, quam scilicet ipsa ratio illustra-*

tra-

trata lumine supernaturali potest discurrendo assequi. Caeterum quia aliquando convenit animam moveri à Deo ad exercendos aliquos actus supra omnem modum humanae rationis, sequendo tantum instinctum Spiritus Sancti, non coarctatum ad regulas prudentiae infusae, sed supra huiusmodi regulas, secundum mensuram, quam mensus fuerit ipse Spiritus Sanctus, opus fuit quibusdam habitibus supernaturalibus, quibus potentiae disponātur ad promptè, & faciliter sequendam praedictam motionem.

28 Ex qua manifestè sequitur temerè errare eos qui videntes in aliquibus spiritualibus probataeque virtutis animabus aliqua eximia, vel abstinentiae, vel mortificationis opera statim, vel ipsas, vel suos directores condemnant; quasi sola humana prudentia viae Domini essent investigandae, quasi solae vires humanae ad talia opera exequenda concurrant: cum dicat Isaias 40. *Deficient pueri, & laborabunt, & iuvenes, in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilae, current, & non laborabunt, ambulabūt, & non deficient.* Quod sic explicat Gaspar Sanctius: *Ostendit quanto potentior sit spes in domino collocata, quam naturae vis.... Ac qui vires, ac spiritum sperant à Domino languidi alioquin, & debiles confirmantur quotidie magis, & in senili, aut infantili corpore vires alent, & Spiritus plusquam iuveniles.* *Isaias.*

Quae scrscitor virtutum exempla modo haberet Ecclesia si à regulis humanae prudentiae nunquam est deficiendum, neque supra ipsas operandum? Damnabimus ne martyrum eximia facinora absit; cur ergo Sanctorum Confessorum? Eorum cur, quibus Dominus excellentissimā contulit fortitudinem? Adeó debilis est qui Sanctorum, vel etiam in hac vita degentium exempla potiùs mirari, ne mordere dicam, audet, quám imitari.

TRAC-



TRACTATVS IV.

DE CONSEQVENTIBVS, SEV CONCOmitantibus vitam Contemplatiuam.

PLVRA, quæ præcedentibus tractatibus proprium videbantur habere locum, consultò hùc remisimus, tum vt laxiori calamo (vtpotè quæ maiorem exigunt discussionem) pertractentur; tum vt series Doctrinæ clariori texeretur methodo. Actum hucusquè est de dispositionibus præcedentibus contemplationem, dequè ipsius substantia, ac nonnullis effectibus; agendum restabat de alijs, quæ comitari solent contemplationem ipsam, vt sunt visiones, raptus, revelationes, &c. in quibus non levia experiri solent pericula, quæ vt vitemus, præsentem omninò necessarium tractatum instituimus.

QVÆSTIO PRIMA.

DE VISIONIBVS DIVINIS.

TRia sunt iuxta communem Doctorum sententiam visionum genera: exterior videlicet, idest quæ fit per sensus externos media specie ipsis præter, aut supernaturaliter communicata. Imaginaria, quando phantasia, vel imaginativa aliquid obijcitur. Ac denique intellectualis, quæ fit per intellectuales formas, aut species. A manifestioribus igitur incipiendo, sit.

ARTIC. I.

Quid, & quotuplex sit visio externa?

1. DIco primò: visio externa, de qua in presenti, est quando exteriori sensu aliquid videtur, in quo alterius rei latet significatio, que quidem res virtute propria sensus, aut speciei nequit videri, aut significari. Sic Abraham tres Angelos vidit, quibus significabatur Trinitatis Mysterium; *nam tres vidit, & vnũ adoravit.* Moyses Rubum vidit, quo, altissima latebant mysteria, præcipuè de Virgine Deipara. Huius sensus est Valgornera. *De via illuminativa disp. 5. art. 1.* Hinc est quòd omnis visio externa divinitus ordinata aliquid occultũ semper significat, vel si visio nihil significat in ordine ad aliquod bonum, divinitus non est facta.

2 Sed dices: Vidit Nabuchodonosor statuam, vidit, & manus articulos scribentes cõtra candelabrũ, & tamen nullum significatum agnovit, præter id, quod immediatè per species illas in sensu proprio significabatur: Vnde, & sapientes quæsivit vt visiones interpretarentur: ergo.

Respondetur non esse de essentia visiones ipsius significatum notum esse videnti; sufficit enim si alij innotescat, cui Deus lumen ad intelligentiam visionis conferat. Ex se enim visio solùm exposcit esse alterius rei significativam. Vel dicendum fuisse visionem illam significativam mediatè respectu Nabuco, & immediatè respectu Danielis, quod, & non amplius requiritur ad visionis essentiã, vt patet ex D. Thom 2. *ad Corinth. 12. lect. 1.*

3 Instabis: ex hoc sequitur quòd omnis visio sit revelatio. Certè non negamus: Si revelatio sumatur pro eo quod est manifestatio alicuius veritatis, quæ ex dispositione divina in visione continetur, quia revelatio nihil aliud est quam occultæ veritatis per innaturale lumen manifestatio: cumquè Deus signo illo visiones semper aliquid alicui manifestet, erit vtique visio quælibet revelatio. Sic colligitur ex D. Thom. *loc. citat.*

4 Huiusmodi visiones, & apparitiones externæ aliquando fiunt per eformationem corporis ex aere circunstanti Angelorum ministerio. Huiusmodi fuere omnes apparitiones veteris testamenti, vt cõstat ex D. Tho. *in 1. dist. 16. q. 1. art. 4.* his verbis: *In apparitione veteris testamenti illud exterius apparẽs non refertur vt signum ad illud quod interius est, sed ad aliquid aliud; sicut ad signandum Trinitatem, vel aliquid huiusmodi. Vnde illud, quod interius est,* D. Th.

ni-

nihil aliud est quàm ipsa cognitio, vel illuminatio animæ de rebus, quæ per signa exteriora significantur. Et quia illuminationes divinæ descendunt in nos secundum Dionis. cap.4. & 5.in princip.de cœlest. Hierarch. ideo in illis apparitionibus ministerio Angelorum vtrumque factum est, scilicet: & quod interius est, & quod exterius.

5 Imò, & apparitiones Christi Domini regulariter fiũt quantum ad exteriorem repræsentationem humanitatis Christi ministerio Angelorum formantium ex corpore aereo formã Christi Domini. Tum quia sic frequenter asseritur à Divo Thom. & præcipue *loc. cit. in fine corporis art.* vbi loquẽs de apparitionibus novi testamenti ait*: Sed quantum ad id* D. Th. *quod est exterius, Angeli ministeriũ habent.* Tum quia propria specie nunquam ad terrã decendisse constat ex quadam revelatione Seraphicæ Theresię facta, quæ habetur in fine libri suæ vitæ inter alias, his verbis: S.The. *En algunas cosas que me dixo entendi, que despues que subiò à los Cielos, nunca baxò à la tierra, sino es en el Santissimo Sacramento, à comunicarse con nadie.* Consonat hæc revelatio Sacræ Scripturæ in Actibus Apost.*cap.*3. Vbi dicitur Christum in Cœlo esse vsque ad diẽ judicij.

6 Cum hoc tamen compatitur, quod ex singularissimo Privilegio alicui Christus appareat in propria specie, vel proprio corpore. Tenet ita D. Thom. 3 *part.quæst.*57.*art.*6. *ad* 3. & cum ipso omnes eius discipuli. Aliæ autem difficultates earumque solutionem vide in nostro Manuali Patrum Spirit. *lib.*3.*cap.*6. & 7. Vbi idem de Beatissima Virgine esse sentiendum docuimus, cuius maxima confirmatio est apparitio Divo Ildephonso Archiepiscopo Tholetano facta, quæ in proprio corpore fuit, vt constans tenet Hispaniarũ traditio. Hoc tamen rarissimè & non absque plurimorum consensu credendum. De alijs sanctis, si qui in cœlesti curia iam corporali et inhabitant, præter eos qui die Resurrectionis Dominicæ cum Christo surrexerunt, facilius concedendum, cum eorum corporalis præsentia non ita ad gloriam accidentalem Beatorum conducat sicut præsentia Christi, Virginisque Deiparæ. De animabus autem purgatorij, deque animabus beatis, ac damnatis dicendum est: non apparere regulariter in corpore ab ipsis formato, & minus in proprio re assumpto; quia etsi illas id posse non ignoremus, cum id ministerio Angelorum connaturalius fiat, ita fieri credendum, ne absque necessitate miracula multiplicemus.

7 Inquieres: Vtrum semper apparitiones externæ fiant per efformationem corporis aerei exterius objiciendi? Respondetur negative. Multoties enim fiunt per immutationem potentiæ externę in qua quædam formatur species (v. g. in oculis) illius obiecti (quod alias esset) repræsentativa. Totum id explicat D. Thom. 3. *part. quæst.* 76. *art.* 8. simulque signa adhoc discernẽdum adstruit his verbis: *Dicẽdum quod dupliciter contingit talis apparitio* (de apparitione Christi in Eucharistia sub forma v. g. Pueri loquitur) *quia quandoque in hoc Sacramento miraculose videtur caro, aut sãguis aut etiam aliquis puer: quandoque hoc contingit ex parte videntium, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expresse viderent exterius carnẽ, vel sanguinem vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte Sacramenti. Et hoc quidem videtur contingere quando vni videtur sub specie carnis, vel pueri; alijs autem videtur sicut prius sub specie panis: vel quandoque eidem ad horam videtur sub specie carnis, vel pueri, & postmodum sub specie panis. Nec hoc tamen pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in magorum præstigijs: quia talis species diuinitus formatur in oculo ad aliquam veritatem figurandam ad hoc scilicet quod manifestetur vere corpus Christi esse sub hoc Sacramento sicut etiam Christus absque deceptione apparuit discipulis euntibus in Emmaus: dicit enim Augustinus in lib. quæst. Evangelic. quod cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et quia per hunc modũ nulla immutatio fit ex parte Sacramenti, manifestum est quod non desinit Christus esse sub hoc Sacramẽto, tali apparitione facta. Quandoque vero contingit talis apparitio non per solam immutationem videntium, sed specie, quæ videtur realiter exterius existente: & hoc idem videtur esse quandò sub tali specie ab omnibus videtur, & non ad horam, sed per longum tempus ita permanet. Et in hoc casu quidam dicunt, quòd est propria species corporis Christi, sed hoc videtur esse incõveniẽs, quia corprs Christi non potest videri in propria specie nisi in vno loco.... Et ideò dicendum quòd fit miraculosè quædam immutatio, circa alia accidentia, &c.*

D. Th.

ARTIC. II.

In quo consistat visio imaginaria?

8 Dicendũ quòd visio imaginaria: *Est cognitio habita per speciem re-*

cep-

ceptam in imaginatione, repræsentantem aliquid divinum, & cœleste, non minùs, quàm si oculis corporeis cerneretur. Ita D. Thom. *sup. cap. 1. Isaiæ.* N. Philippus à Trinit. *p. 2. de via illum. tract. 3. art. 2.* N. Antonius à Spiritu Sancto *in direct. Myst. de via illuminativa. tract. item 3. disp. 5. sect. 2.* Valgornera, & alij Ratio convenientiæ huius visionis ea est quòd cùm Deus omnia suaviter, & fortiter disponat, ideò à sensibus externis incipiēs prosequitur per sensus internos apponere media, quibus notitiæ divinæ ad intellectuales potentias perveniāt, atque in eis vnionem celebret ineffabilem cum anima.

9 Hæc autem visio imaginaria dupliciter fit ministerio Angelorum: vno modo in quātum ex præhabitis speciebus tertia componitur, qua aliquid repræsentatur, quod per nullā ex asservatis in phantasia poterat repræsentari, quod quidem fit alteratione quadam ab Angelo causata in ipsis speciebus, vel in ipsa potentia. Licèt enim phantasia ex se valeat ex præcōceptis speciebus tertiā efformare: v.g. ex speciebus montis, & auri mōtem aureū effingère; nō tamē per hāc speciē aliquid supernaturale, aut divinum repræsentatur, quòd vt tale certò possit haberi, donec constet huiusmòdi conpositionem speciei ab altiori principio quàm ab imaginativa procedere, & altiori lumine quàm naturali cognosci: Vndè communiter dolo subiacent huiusmòdi imaginariæ visiones. Cùm autē ministerio Angelorum species præhabitæ vniuntur, & lumine à Deo immisso illustrantur, tunc imaginariam visionem causant. Quæ autem regulæ requirantur ad hoc vt bona visio habenda sit, patebit infra *art. sequen.*

10 Alio modo fit imaginaria visio quténus species alicuius obiecti, puta alicuius Sacti in imaginativa asservata excitatur, & illustratur altiori lumine, sicqué potentiæ objicitur attingenda. Nisi mavis dicere cū N. Antonio à Spiritu Sancto *loc. cit. num. 328.* quòd si visio futura sit nimium perfecta, tunc debet speciès denuò produci: Videtur enim impossibile, *quod detur species acquisita, quæ tam perfectè, & cum tanta maiestate obiectum repræsentet, & quæ tám mirabiles causet effectus.* F. Anton à Spiritu S. act.

11 Notandum quód qualitercumquè fiat hæc visio imaginaría, nequit diu durare, sed citò regulariter transit. Sic docet Sancta Doctrix Theresia *Mansion. 6. cap. 9.* Vbi modū huius visionis explicans ait: *Y aunque es con tanta presteza, que la podemos comparar á la de vn relāpago, queda tan esculpida en la imaginacion esta* S. The.

ima-

imagen gloriosissima (loquitur de imagine Christi Domini) *que tengo por impossible quitarse de ella, hasta que la vea à donde para sin fin la pueda gozar. Aunque digo imagen, entiendese no es pintada al parecer de quien la ve, sino verdaderamente viva, y algunas vezes està hablando con el alma, y mostrandola grandes secretos.*

Mas aveis de entender, que aunque en esto se detenga algun espacio, no se puede estar mirando, mas que estar mirando al Sol, y assi esta vista siempre passa muy de presto.

12 Contingere autem valet hæc visio, & in vigilia, & in somnis, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 95. *art.6.* vbi explicat illud *Numeror. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum*, & ait: *Spiritualis autem causa sommiorum quandoque est à Deo, qui ministerio Angelorum aliqua hominibus revelat in somnijs.* Sic revelata est Pharaoni penuria, & vbertas-Iosepho sua exaltatio, Gedeoni victoria de hostibus, sponso Virginis Mariæ Herodis sævitia. Vnde vt latè Taulerus *serm. 1. de Solemnitate Pasch.* D. Bonaventura *de Processu Reli. lib.2. cap.26.* ea somnia recipi possunt vt à Deo immissa, q̃ pietatem continent, & ad curiositatem non promovent, quę ad intelligẽda mysteria divina elevant, quæ vitare mala, exequi admonẽt bona, vel flagellis minando, vel invitando bonis. Cæterùm in his admittendis semper cautè ambulandum ob periculum deceptionis, de quo posteà.

Nume.

D. Th.

ARTIC. III.

Vtrùm visiones externæ, & imaginariæ effingi possint à Dæmone?

13 DIco primò: visiones externę facillimè à Dæmone effinguntur. Ratio est quia Dæmon habet virtutem naturalem ad formãdum ex aëre corpora phantastica: ergo apparère facere quæcumque velit, nisi virtute impediatur superiore. Hinc provenit quòd etiàm in his, qui veras habent visiones, fallaces sæpius Dæmon immisceat. Vt testatur experiẽtia mystici Doctoris nostri Ioannis a Cruce in Ascensu Mont. Carmel. *lib.2. cap.21.* his verbis: *Ay ordinariamente entre ellas* (id est inter visiones veras, & loqnutiones) *muchas, que son del Demonio, porque comunmente anda con el alma en aquel trage, y trato q̃ anda Dios con ella: poniendole cosas tan verisimiles à las que Dios la comunica, por ingerirse èl à bueltas.*

S. Ioã. à Cruce

Di-

14 Dico secundò: De visionibus imaginarijs idē tenendū, posse videlicet esse falsas. Primò ex Dœmonis industria, cuius ratio est: quòd cùm imaginatio sit potentia corporea, quę ex diversa temperie qualitatum diversa repræsentat, verè falsa, sed veris simillima, de quo in apprehensivis plura suppetunt exempla; cum Dœmon virtutem habeat naturalem humores alterandi, & talitèr disponendi species, vt id representent quod voluerit ipse, confingere potest imaginarias visiones. Quod confirmatur exemplo modo allato vehementer aliquid appræhendentis, cuius vehementia imaginationis, vti potest Dœmon ad suadendum aliquid esse verum, quod revera falsum sit. Vnde aiebat Seraphica Mater nostra Theresia *Mans.* 6. *cap,* *Acaece à algunas personas (y se que es verdad, que lo han tratado conmigo, y no tres, ò quatro, sino muchas) ser de tan flaca imaginacion, ò el entendimiento tan eficaz, ò no se que se es, que se enbeben de manera en la imaginacion que todo lo que piensan, claramente les parece que lo veen, &c.* S,The.

15 Dico tertiò: Signa ad discernendum inter visiones à Deo causatas, vel confictas à Dœmone hæc sunt. Primum visionis effectus, quos sic enumerat. V. Mag. Ioannes de Avila, *super illud Audi filia cap.* 51. *Si os veis quedar mas humilde, y avergonzada de vuestras faltas, y con mayor reverencia, y temblor de la divina grandeza, y no teneis deseos libianos de comunicar con otras personas aquello que os ha acaecido, y sentis vuestro coraçon tan sosegado, y mas, en el proprio conocimiento, como estavades antes q̃ aquello os viniesse, alguna señal tiene de ser de Dios..... Mas quando es engaño del Demonio, es muy al rebes; porque al principio ò al cabo de la vision, ò revelacion se siente el alma libiana, y deseosa de hablar lo que siente con alguna estima de si, y de su proprio juicio, pensando que ha de hazer Dios grandes cosas en ella, y por ella, y no tiene gana de pensar sus defectos, ni de ser reprehendida de Dios.* M.Iuã. de Avi. la.

Secundum signum est: quod adstruit D. Thom. 2. *ad Corinth.* 11. *lect.* 3. *circa finem*, inquiens: *Sathanas transfigurat se aliquando visibiliter, sicut Beato Martino, vt deciperet eum, & hoc modo multos decipit..... In hoc autem potest cognosci, quod Satanas sit: quia bonus Angelus in principio hortatur ad bona, & perseverat in eis. sed malus in principio quidem prætendit bona, sed postmodum volens explere desiderium suum, & quod intendit,* D. Th.

tendit, scilicet decipere, inducit, & instigat ad mala. 1. Ioã. 4. Omni spiritui nolite credere

1. Ioan. Tertium signum ibidem ponit Angelicus Doctor, his verbis: *Aliud etiam signum est quòd bonus Angelus etsi terreat in principio, tamen statim consolatur, & confortat, sicut Zachariam Lucæ 1. Ne timeas Zacharia. Et ad Beatã Virginem dixit: Ne timeas Maria; malus autem Angelus stupefacit, & desolatum dimittit, & hoc ideò vt stupefactum facilius decipiat, & persuadeat sibi.*

16 Dico quarto: Signa pro cognoscenda fictione visionis imaginariæ, quandò est à Dæmone eadem sunt, quæ hucusquè assignavimus: quandò autem â propria est imaginatione his signis dignoscitur: Primò quod ponit Sancta Mater nostra *loc. cit.* his verbis: *Quando pudiera el alma estar con mucho espacio mirando este Señor, yo no creo que serà vision, sino alguna vehemente consideracion, fabricada en la imaginacion, alguna figura serà como cosa muerta en comparacion de essotro.* S. The.

Aliud signum est quòd quando visio ab imaginatione confingitur, nihil magis animus cietur, quàm si depictam aliquam cerneret imaginem: at verò si visio à Deo procedat vehementèr in Deum accendit affectum. Videatur Valgornera, & noster Philipp. â Trinit. *loc cit.*

ARTIC. IV.

Quæ, & qualis sit visio intellectualis?

17 DIco primò: visionem intellectualem optimè à Div. Thom. definiri *in exposit. ad cap. 1. Isaiæ, & in Ioan. cap. 1. lect. 11. & quæst. 12. de Verit. art.* dicendo quod est: *Manifestissima quædam divinarum rerum aut cœlestium ostensio, quæ soli intellectui inspicienda obiciuntur.* Hanc admittunt diffinitionem ferè omnes Mystici DD. Præcipuè noster Philip. à Trinitat. Valgornera, & nost. Anton. à Spiritu Sanct. *loc. cit.*

Dicitur *manifestissima*: non quia omninò fidem excludat, sed quia media est inter cognitionem fidei, claramquè visionem, vt colligitur ex eodem D. Thom. *in 2. dist. 23. art. 1. in corpor.* Vbi docet, quòd modus, quo Adam cognovit Deum in statu innocentiæ medius fuit inter cognitionẽ viæ, qua nunc per fidem videmus, & cognitionem Patriæ. D. Th.

Dicitur insuper; *Quæ soli intellectui inspicienda obiciũtur*: quia obiectum huius intellectualis visionis proponitur,

tur, & inſpicitur per ſpeciem intelligibilem, qua ſolus vtitur intellectus. Hæc autem ſpecies aliquandò eſt à Deo immediatè infuſa, cuius optimum erit ſignum, ſi quaſi repentè, nulla præcedente cõſideratione, Deus mirabili modo animæ aliquam detegat veritatem, omnẽ creatam excedentem, oſtendentemquè ſe ſolam eſſe veritatem, quę nec falli, nec fallere poteſt. Aliquandò verò ſpecies provenit à phantaſmatibus, fitquè cognitio medio lumine prophetico, aut altero ſupernaturali. Vndè aiebat Divus Thom. 2. 2. q. 173. art. 2. ad 2. *Dicendum quod viſio intellectualis non fit ſecundùm aliquas ſimilitudines corporales, & individuales;* D. Th. *fit tamen ſecundùm aliquam ſimilitudinem. Vnde Auguſtinus dicit 9 de Trinit. quòd habet animus nonnullam ſpeciei noſtræ ſimilitudinem, quæ quidem ſimilitudo intelligibilis in revelatione prophetica, quandoque immediatè à Deo imprimitur, quandoquè à formis imaginarijs reſultat ſecundùm adiutorium prophetici luminis, quia ex eiſdem formis imaginarijs ſubtilior conſpicitur veritas ſecundùm illuſtrationem altioris luminis.*

18 Dico ſecundò: Diverſimodè per hanc intellectualem viſionem obiectum percipitur; aliquoties enim ſolùm obſcurè, & confusè, & abſquè vlla formæ, aut figuræ faciei, ſivè ſtaturæ determinatione. Ita Sancta Mater Thereſia *Manſion. 6. cap.* 8. his verbis: *Acaece eſtando el alma deſcuydada de* S. Ther. *que ſe le ha de hazer eſta merced, ni aver jamas penſado merecerla, que ſiente cabe ſi à Ieſu-Chriſto nueſtro Señor, aunque no le vee, ni con los ojos del cuerpo, ni del alma: eſta llaman viſion intellectual.* Et de ſe ipſa loquens ſub nomine alterius, addit: *Sentia que andava al lado drecho, mas no con eſtos ſentidos que podemos ſentir que eſtà cabe noſotros vna perſona: porque es por otra via mas delicada, que no ſe ſabe dezir: mas es tan cierto, y con tãta certidumbre, y mucho mas.* Vide Seraphicam Doct. *cap. 20. & 27. ſuæ vitæ.* Ita plerunquè evenit Angelorum viſio: vt conſtat exemplo de quodam Dei ſervo qui tanta certitudine Angeli præſentiam cuſtodis cognovit, quamvis nihil videret, vt ſæpius præſumma reverentia ante illum procumberet.

19 Econtra verò ſæpiùs per hanc intellectualem viſionem tàm clarè, & diſtinctè obiectum percipitur, ac ſi intuitivè videretur: hocquè ipſa natura viſionis intellectualis videtur exigere: ſicut enim in viſione intellectuali Dei vna datur obſcura quidem, ſed certa, quæ eſt per fidem, alia clara, & certiſſima, vt in Patria; & media, quæ nec

nec tàm obscura, ac habita per fidem est, nec tam clara, ac visio beatifica, de qua supra loquuti sumus; ita in visione intellectuali rerum corporearum triplex visio est distinguenda: alia obscura de qua Sancta Theresia supra: clara alia, & quasi intuitiva rem vt est in se repræsentans, qualiter prophetis plura futura revelabantur, & alia denique media, quæ neque in obscuritate prioris manet, nec ad posterioris claritatem pervenit.

20 Effectus autem visionis intellectualis quomodocumquè fiat, si vera est visio, sunt: Animæ quies, mentis illuminatio, gaudium interiùs, suavitas pura, amor Dei vehemens, summa humilitas, elevatio spiritus in Deum, &c. Si autem à Dæmone conficta sit, vt potest, oppositi experiuntur effectus, scilicet ariditas spiritus, aversio á vera humilitate, ad honores inclinatio, &c.

21 Differt denique vera visio intellectualis, à præsentia ordinaria Dei etiam intellectuali acquisita: quia hæc propria comparatur industria, ad illam autem inopinatè vehimur. Si autem loquamur de præsentia intellectuali Dei quà infusa, quę vel in oratione quietis, vel vnionis percipitur in hoc differt à visione iuxta nostrum Philippum à Trinitat. *vbi sup. art. 3. Quod ibi Deus solum per effectus percipitur, hic autem adesse clarè videtur: ibi quædam divinitùs influentiæ manifestantur; hic autem vltra prædictas cœlestes influentias præsentia sacratissimæ humanitatis demonstratur.* *Phirip. à Trin.*

ARTIC. V.

Nonnullæ regulæ pro expeditione animæ visiones patientis proponuntur.

22 DIco primò: Prima regula, quam observare debet, qui visiones, loquutiones, aut alia huiusmodi experitur, est, quòd ea, cuiuscumque generis sint, directori suo fideliter aperiat, & manifestet: quia vt aiebat Abbas Moyses *apud Cardinalem Turrecremat. in Prolog ad Revel. S. Birgittæ cap. 1. Nullatenus decipi potest, qui non suo iudicio, sed maiorum vivit exempla, nec valebit ignorantiæ eius callidus hostis illudere, qui vniversas cogitationes corde nascentes pernitiosa verecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seniorum, vel reprobat, vel admittit: illicò namquè vt patefacta fuerit cogitatio maligna marcescit, serpens teterrimus..... Prostratus ad lucem, & traductus quodammodo, ac dehonestatus abscedit: tandiu enim suggestiones noxiæ dominantur in nobis, quandiu celantur in corde.* *Card. Turre.*

Di-

23 Dico secundò: visiones externæ nedum desiderandæ non sunt, sed penitùs rejiciendæ, cuiusdam exemplo Patris, cui cùm Christus appareret exteriùs, vultum, & oculos operiens dixit: Nolo hîc Christum vidére, quò securiùs in Patria conspiciam. Quo circa aiebat V.M. Ioan. de Avila, *tract. audi. filia, cap. 11. No temais que por esta resistencia humilde se enojarà Dios, ò se ausentarà si el negocio es suyo, sino antes se accercàra, y lo aclaràra, pues quien dà su gracia à los humildes, no la quitàra por hazer acto de humildad, y sino es de Dios huirà el demonio.*

M. Avila.

24 Hinc statim, ac visio externa Christi Domini, Beatæ Virg. Mariæ, aut alterius sancti apparuerit, ad eum in cœlo existentem adoratio dirigitur, sic quippé absquè periculo habetur visio. Doctrina hæc est eiusdem V. Magistri Ioannis de Avila *in Epist. ad Sanctam Matrem. nostrā Theresiam*, his verbis: *Conviene no adorar vision de estas, sino à Iesu Christo en el Cielo, ò en el Sacramento, y si es cosa de Santos alçar el coraçon al Santo del Cielo, y no à lo que se me representa en la imaginacion; esto es à la representacion en si misma, hasta que me sirva aquello de imagen para llevarme à lo representado por ello.*

Idem M. Avila.

Insupèr si apparitio simul cū loquutione externa, aut etiàm interna contingat, caveat ne cum persona apparente loquatur; sufficit enim audire, quæ divinitùs revelantur, aut ea de quibus instruitur. In alloquendo verò cum Angelo, aut alia apparente sibi persona occasio datur Dæmoni ad plures illusiones immiscendas. Præ omnibus autem aliquid ab eo curiosè scilcitari caveat, ne falsæ aliquandò doctrinæ fidem adhibeat.

25 Inquires: vtrùm quando anima est dubia an apparitio bona sit, necne, possit personam apparentem Christi Domini, vel alterius sancti adorare, pròvt in tali visione apparentem?

Affirmativé respondeo, dummodò non constet visionem esse falsam. Rationem affert D. Thom. 2. 2. *quæst.* 81. *art.* 3. *ad* 3. his verbis: *Imaginibus non exibetur religionis cultus secundùm quòd in se ipsis considerantur, quasi res quædam, sed secundùm quòd sunt imagines ducentes in Deum incarnatum.* Motus autem, qui est in imaginem, provt est imago, non consistit in ipsa, sed tendit in id, cuius est imago: & ideò ex eo quod imaginibus Christi exhibetur religionis cultus, non diversificatur ratio latriæ, nec virtus religionis.

D. Th.

Hanc doctrinam ex consilio Reverendissimi P. M. Fr. Do-

Dominici Bañez approbat Seraphica Doctrix Theresia *Mãsion. 6. cap. 9. & lib. Fundation. cap. 8.* his verbis: *Dezia vn gran letrado que el Demonio es gran pintor, y si le mostrasse muy al vivo la imagen del Señor, que no le pesaria, para con ella avivar la devocion, y hazer al Demonio guerra con sus mismas armas: que aunque vn pintor sea muy malo, no por esso se ha de dexar de reverenciar la imagen que haze, si es de Christo nuestro bien. Pareciale muy mal lo que algunos aconsejan, que den higas, quando assi viessen alguna vision, porque dezia que à donde quiera que veamos pintado à nuestro Rey, le devemos reverenciar; y veo que tiene razon. Vi que vna persona* (ipsamet Sancta Mater erat) *andavo afligida, que la mandaron tomar este remedio (no se quien le inventò) tan para atormentar à quien no podia hazer menos de obedecer, si el confessor le dà este consejo, pareciendole va perdida sino lo haze: el mio es que aunque os le den, le digais esta razon con humildad, y no le tomeis.* S. Theresia.

Hanc eandem doctrinam tenet noster P. Gracianus *tract. de Ver. Spirit. cap. 12. par. 2.* & Noster Ioannes à Iesu Maria *in Schola orat. tract. 13. dub. 28.* Vbi docet quod cum Diabolus possit assumere figuram Christi Domini, ideò qui habet *similes apparitiones, non statim eã imaginem adorare debet, quamquam si aliquando bona fide adoretur, non multum est curandum, cum error non sit formalis, nec materialis voluntarius.* P. Fr. Ioann. à Iesu Maria

***

QVÆS-

QVÆSTIO SECVNDA.

DE LOQVVTIONIBVS, ET REVELATIONIBUS divinis.

EGimus quæstione precedenti de visionibus, quas contemplativi experiri solent: has communiter comitantur loquutiones, & revelationes, vt constat ex tota Sacra Scriptura, & speciatim de visionibus imaginarijs docet ita Sancta Mater nostra Theresia, vt vidimus quęst. antec. art. 2. *Vnde rectus ordo expostulat, vt postquam de visionibus actum est, de revelationibus, & loquutionibus agamus. Pro quo sit.*

ARTIC. I.

Quid, & quotuplex sit loquutio Dei ad animam?

1 DIco primò: Loquutio divina nihil aliud esse videtur, quàm quædam manifestatio alicuius occulti in ordine ad finem honestum animæ manifestati. Inde fit quòd cùm Deus, & verbis, & rebus loquatur, in omni visione datur loquutio Dei: visio enim divina semper est signum, quo medio Deus aliquid animæ manifestat: si namque visio nihil significat, inanis est, & à Deo non procedit quia Deus nihil efficit frustraneum. Erit igitur talis inanis visio, aut imaginationis læsio, aut phantasiæ efficacia, aut Dœmonis astutia vt simplices decipiat.

2 Dico secundò Loquutio Dei, sicùt, & visio, triplex est: nempe externa exteriori sensu perceptibilis; imaginaria in sensu interno accepta; & intellectualis, quæ à solo intellectu percipitur. Fit loquutio externa Angelorum ministerio vocem in aere formantium, vel corpore visibili qualiter Gabriel ad Beatam Virginem, vel invisibili forma qualiter in Iordane, & Thabor. Cùm visibile assumunt corpus, ab ipso corpore vox videtur exire; cum verò invisibile, media aliqua loquuntur imagine; media Eucharistia, vel etiam per aliquod

irra

irrationale sicut patet de Asina Balaam.

3 Loquutio imaginaria fit dum Deus per se ipsum, aut per Angelum ita ordinat phantasmata vt id dignificent, quod vult ab homine intelligi, & circa quod nititur edocere: quod quidem fit vel repræsentando per visionem imaginariam personam loquentem, scilicet vel Christum, vel Sanctum, &c. Vel nulla facta repræsentatione personæ, verba tamen imaginationi apponendo percipienda ita clare, & distincte, ac si auribus externis audirentur. Hoc modo loquutionis videtur Deum, vel Angelum nomine Dei loquutum fuisse quoties in somnis, vbi sensus ligati sunt, dicitur in veteri, ac novo testamento Viros Sanctos aliqua intellexisse. Sed etiam in vigilia contingere valet hæc loquutio: huiusmòdi enim esse videtur illa de qua Zacharias aiebat: *Et dixit Angelus, qui loquebatur in me*, idest *intra me verba formabat.*

4 Alia denique loquutio est intellectualis, quæ neque sensu, neque imaginatione, sed purè spiritualiter mentis auditu percipitur. Hæc autem est in triplici differentia iuxta triplicem modum, quo verba intelligi possunt. Primò enim intelligi posset verba successivè; quãdo, scilicet circa aliquam materiam, aut obiectum nova claritate, & facilitate ac distinctione novas aduvenit rationes, novos percipit conceptus, quos ipse propria industria neque scire, neque capere posset, aliũdequè experitur non ipsum solum hoc facere, sed aliũ secum, cuius naturam nescit, aut virtutẽ, percipit tamen effectus, clariorem scilicet rei notitiam, & hęc loquutio dicitur successiva.

5 Est, & alia loquutio quæ dicitur *formalis:* quando, videlicet, anima circa materiam, de qua non cogitabat, vel quãdo nihil cogitabat, aliquid inopinatum intelligit, in quo à loquutione successiva distinguitur; illa namque semper adiungitur propriæ animæ cognitioni, hæc autem frequentiùs fit, nihil anima cogitante. Multipliciter cognitio hæc formalis contingit, quandòque claritate magna, quandòque cum quadam confusione, aliquandò plura interveniunt verba, paucissima aliquandò, vel etiám vnicum, aliquotiès citò transit horum verborum intimatio, diu durat aliquotiès; semper tamèn si á Deo fit ista loquutio summam habet efficaciam, ordinaturquè ad animæ profectum. De hac formali loquutione loquitur D. Thom. *in illud Iob.* 11. *Vtinã Deus loqueretur tecum.* Vbi inquit Angel. Doct. *Loquitur homini, cum eius cordi aliquid de sua sapientia inspirat. Secundùm illud Psal.* 84. *Au-* Iob. D. Th.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.

6 Alia denique loquutio dicitur substantialis, ab eius verbis, quæ substantialia dicuntur, eò quòd statim id causant, quod significant; dicunturquè proindè hæc verba operatorius sermo; huiusmòdi fuit loquutio illa Abrahæ facta: *Ambula coram me, & esto perfectus. Genes.* 17. quæ verba statim Patriarcham perfectum effecère: & Seraphica Doctrix nostra Theresia refert *lib. suæ vitæ*: quòd cùm aliquãdò summo anxiaretur timore, ne in loquutionibus deceptionem Dæmonis pateretur, ipsi Christus apparens dixit: *Yo soy, no temas*, omnis statim timor abscessit. Videantur de hac re N. Philip. à Trinitat. *de Via illum. tract.* 3. *disc.* 4. *art.* 5. N. Anton. à Spiritu Sancto *in suo direct. Mystico tract.* 3. *disp.* 5. *art.* 4. Valgornera q. 3. *disp.* 5. *art.* 8. Qui bene addunt quód omnis loquutio per verba substantialia, est etiam per verba formalia; addunt tamèn quòd verba substantialia sunt simul practica; formalia veró speculativa, & quasi directiva. Deindè substantialia quasi passivè mere recipit anima, successivis verò quasi ipsa cooperatur. Quænam autem sint signa veræ loquutionis, & quomodò à Dæmone valeant hæc verba efingi, patebit ex infra dicendis.

S. The.

ARTIC. II.

Vtrùm loquutiones aliquandò sint fictæ?

7 Dico primò: Certũ omninò est quòd loquutiones externæ sæpè á Dœmone confinguntur. Patet hoc ex Gentilium oraculis, quibus Dœmon ad eos decipiendos plura responsa dabat. Et his nostris temporibus plures constat fuisse illusos credendo tanquàm à Deo dicta, quæ à Dœmone loquebantur. Quinimò Dœmon plura multotiès vera denuntiat, inter quæ celebre est illud cuiusdam Michaelis de Predidæ Piamontesis illusi, qui tamen multa vera prædixit, interquè alia mortem Gregorij XIII. & Sixti V. successionem in Pontificatu. Quo non obstante punitus fuit vt illusus à Sacro-Sancto Inquisitionis Tribunali Toleti anno Domini 1588.

8 Etiàm imaginaria loquutiò falsa esse valet: quia Dœmon potest coordinare phantasmata, vt hoc illud repræsentent; ac per consequens vt hanc, aut illam vocem. Similitèr quàmvis loquutio intellectualis cæteris securior sit, illamquè formalitèr, vt talem Dœmon confingere nequeat, potest tamèn ita substantialitèr phantasmata disponere, vt credat anima

lo-

loquutionem habere intellectualem præcipuè successivam, in qua propter ipsius animæ cooperationem, facilior est deceptio.

9 Non solùm à Dœmone; verū, & à seipsa potest anima deceptionem pati etiàm in loquutione intellectuali, præcipuè successiva: Maximè si ad loquutiones nimis sit affecta: quia vt bene ait Valgornera loc. cit. *Facilius iusto Dei iudicio in pœnam affectus inordinati, & curiositatis decipietur, credens hæc verba successiva à Deo procedere; cùm tamē ab ipsa formentur.*

Valgor

10 Dico secundó: signa ad discernendum veras à falsis loquutionibus ea sunt, quas enumerat Seraphica Doctrix Theresia *Mans. 6. c. 3.* his verbis: *La primera, y mas verdadera es el poderio, y señorio que trae consigo, que es hablando, y obrando. La segunda señal es vna gran quietud que queda en el alma, y recogimiento devoto, y pacifico, y dispuesta para alabanças de Dios. La tercera señal es no passarse estas palabras de la memoria en mucho tiempo, y algunas vezes jamas..... Si son de la imaginacion, ninguna de estas señales ay, ni certidūbre, ni paz, ni gusto interior: y del Demonio ay mucho que temer: mas si ay las señales que dixe arriba, bien se puede assegurar ser de Dios.* Hæc Sancta Mater loquens de loquutionibus sensibilibus, & imaginarijs: Pro intellectualibus autem hæc ibidē adhibet signa: *La primera que es tan clara, que vna silaba que falte de lo que entēdiò, se acuerda, y si se dixo por vn estilo, ò por otro, aunque sea todo vna misma sententia, y en lo que se antoja por la imaginaciō, serà habla no tan clara ni palabras tan distintas, sino como cosa medio soñada.*

S. The.

La segunda, que no se pensava muchas vezes lo que se entendiò, digo que es à desora, y algunas vezes estando en conversacion.... La tercera porque lo vno es como quien oye, y lo de la imaginaciō es como quiē và componiendo lo que èl mismo quiere que lo digan poco à poco. La quarta porque las palabras son muy diferentes, y cō vna se comprehende mucho, lo que nuestro entendimiento no podria componer tan presto. Lo quinto, porque junto con las palabras muchas vezes por vn modo que yo no sabrè dezir, se da à entender mucho mas de lo que ellas suenan sin palabras.

11 Hinc provenit maxima difficultas decernēdi inter veras, & falsas locutiones, sive à Dœmone confictas, sive ab imaginatione frabricatas. Quādò autèm sint à Dœmone, vel non, constabit ex infra dicendis, de signis pro revelationibus

di-

divinis. Sufficiat modo scire cũ nostro Mystico D. Ioan. á Cruce de *Ascens. Mont. Carm. lib. 2. c. 19.* Cũ Valgorne. N. Philip. à Trinitate: quòd ea, quæ á Dœmone conficta est loquutio, & si aliquandò humilitatẽ, pacem, & quietem causare videatur, terminabitur denique in superbiam, & in anima turbationem, & inquietudinem relinquet. Vnde concludit Seraphica Doctrix: *Si son favores de el Señor, mire con atencion si por ellas se tiene por mejor, y si mientras mayor palabra de regalo, no quedare mas confundida, crea que no es espiritu de Dios.*

ARTIC. III.

Vtrùm in omni tempore fuerint revelationes?

12 Revelatio provt modò de ea, nihil aliud est, quam manifestatio quædam veritatis alicuius, quę viribus naturæ cognosci nequibat, sed supernaturali modo percipienda erat. Vnde revelatio fit mediante aliqua ex loquutionibus, aut visionibus enumeratis. Neque obstat ad revelationem quòd veritas per illam revelata (dummodò supernaturali modo manifestetur) obiectivè sit naturalis, vt sunt plura futura. & cogitationes cordium, &c. Vndè cùm revelare, idem sit quód manifestare, stat quòd respectu alicuius necessaria sit revelatio ad huius, vel illius rei notitiam, quæ tamen respectu alterius, cui res est manifesta, necessaria non sit.

13 Rursùs sciendum est tempore legis, & tempore gratiæ quandò fidei veritates non erant ita omnibus notæ, maximè necessarias fuisse revelationes, ad hoc vt talium veritatum certã Deus, & magis communem præbèret notitiam. Vndè dico tàm in veteri, quàm in novo testamento veras fuisse revelationes. Est hæc conclusio adversus aliquos hæreticos quos cõfutat Leander Granat. *tract. de Luce mirabili Dei, discurs. 1. §. 3.* Probaturquè ex Sacra Scriptura. Quia *Ioel. 2. v. 28.* absolutè, & absquè aliqua limitatione dicitur: *Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ:* ergo iuxta hanc prophetiam in omni carne, idest omni tempore, vt explicãt comuniter Doctores fuit vera in Ecclesia prophetia, & revelatio. Id ipsum significatur *Eccle. 24. v. 46.* vbi dicitur: *Adhuc doctrinam quasi prophetiã effundã, & relinquam illã quærentibus sapientiam, & non desinam in progenies illorum vsque in ævum Sanctũ.* Quod quidẽ testimoniũ adeó clarum est Ecclesi.

vt ampliùs in hoc probando immorari non liceat.

14 Sed dices cum quibusdam ex Catholicis: totum hoc verificatũ fuisse initio nascentis Ecclesiæ, quandò veritates fidei no erant satis firmiter promulgatæ: vnde erat necessaria hæc providentia revelationum; iam verò adulta Ecclesia, & in ipsa veritate fidei firmata, superfluit, vel saltim non est necessaria prophetia, licèt aliqualitèr congruens.

Respondetur prophetiam aliam esse privatam, communem aliam: privata dicitur, quæ in bonum determinatę personę fit personæ etiam determinatæ: Communis vero quæ in commune bonum ordinatur, fitqué huiùsmodi revelatio, vel pluribus, vel alicui personæ plurium curam habenti, capiti, v.g. Ecclesiæ. Hinc ergo dicimus initio nascentis Ecclesiæ prophetias fuisse communes, quia tunc ad vniversalis Ecclesiæ fidem disseminandam, ita necessariæ fuère: at verò revelatio, aut prophetia, quæ his temporibus datur non est communis, sed privata, ipsaquè vera; vt de revelationibus Sanctæ Birgittæ, Seraphicæ Matris nostræ Theresiæ, aliorumqué Sanctorum probavit Ecclesia. ¶ Sed nota quòd licèt alicuius personæ sãctitas ab Ecclesia sit approbata, eius tamen prophetiæ solùm fides humana debetur, ipsaquè fallibilis fundata in historia, aut testimonio prophetiam referẽte. Ita nostri Salmantic. *tract. 17. de fide disp. 1. num. 115.*

15 Dices cum alijs concedendam sane his etiam temporibus privatam prophetiam; verùm non ita communem, sed rarissimam. Ita fateor, sed neque tam raram qualem ipsi volunt; sæpiùs enim vel ad animã instruendam, vel ad aliorum bonum, & profectum Deus suis loquitur creaturis, quas quidem locutiones fuisse veras rerum eventus probavere. Cautè tamen his revelationibus, sicut, & visionibus assentiendum.

ARTIC. IV.

De signis ad discernendas veras à falsis revelationibus.

16 CVm difficilimũ sit inter veras, falsasqué revelationes discernere, tum quia absquè speciali Spiritus Sancti lumine non facilé, quæ spiritus Dei sunt percipiuntur: tùm, & maximè quia Sathanas sæpiùs se in Angelum transfigurat lucis, ideò vndequaquè certam assignare regulam ad huiusmòdi discretionem nequimus; illas tamen proponemus, quæ à Sanctis Patribus pro hac re traditæ sunt: quarum.

Pri-

17 Prima sit: si revelatio, aut visio opposita sit Sacrae Scripturae, Doctrinae Eclesiae, communi Doctorum sensui, vel aliquid nimis singulare doceat vt suspecta habenda est: quia spiritus Domini sibi contrarius esse nequit: ergo quidquid adversatur Sacrae Scripturae, cuius ipse specialis est auctor; Sanctis Patribus, quibus ipsè inspiravit; communi Ecclesiae sensui, quam ipse gubernat; semper est suspectae fidei.

18 Sit secunda regula: si revelatio aliquid contineat indecorum, aut minùs honestum, vt falsa habetur: quia Deus omnis est puritatis amator. Ideò aiebat D. Bonaventura quòd plures decepti sunt, credentes Christum, aut Beatam Virginem sibi apparuisse, & ad oscula, & amplexus invitasse; vnde in abominabilia mala prolapsi sunt.

19 Sit tertia regula si revelatio adversus proximi honorem sit, falsa est censenda praecipuè si ad revelandum proximi defectum inclinet: haec namque revelatio directè opponitur charitati. Excipe si ipsi soli proximo notitiam aliquam ad sui profectum revelatio tradere iubeat hoc quippe conforme est Doctrinae Evangelicae: *Corripe inter te, & ipsum solum.* Matt. 28.

20 Sit quarta regula: si revelatio aliquid suadeat contra proprij status propositum, vel contra bonos mores; vt penitus falsa rejiciatur, & vt à Daemone suscitata, vel ab ipsa natura in malum semper prona conficta: vitiosa quippe ad aliquid inclinatio efficaciter aliquando movet effectum, vt verum, & à Deo immissum credatur, quod vel Daemone suggerente, vel trahente voluptate perniciem parat. Ideò aiebat D. Thom. 2. ad Chorinth. cap. 11. *Quae in se mala sunt, facit apparere bona, pervertendo sensus hominis, & inflammando concupiscentiam. Proverbior. 14. Est via, quae videtur, homini recta, novissima autem eius ducunt ad mortem. Sic decepit Monachum quendam, cui, cùm propositum in animo suo haberet nunquã exeundi cellã, suggessit Diabolus quòd bonũ esse quòd exiret in Ecclesiã, & reciperet Corpus Christi, cui suggestioni consentiens propositũ mutavit, vadens in Ecclesiã: posteà cognoscẽs eum fuisse Diabolum, gloriatus est Monachus quòd non deceperit eum, quia ad bona iverat. Et tamen iam removit eum à primo proposito continuè standi in caella. Postmodum iterum suggessit ei quòd Pater suus fuisset mortuus, & dimiserat sibi multas divitias ad distribuendum inter pauperes, quòd iret ad civitatem; ad quam cùm iret nunquam redijt in caellam, & mortuus est in peccato.* D. Th. lec. 3

21 Quinta regula sit: Si revelatio aliquid puerile contineat, vel minùs grave in quo nullus appareat vtilis finis, falsa reputetur: quia credibile nō est quod Deus illa circunspectione non operetur, quâ operaretur vir prudens: Quocirca inquit Murillo *3.par.tom.4. Ins-* Muril. *truccion.cap.11.§.5. Como es dezir que les apareciò San Iuā Bautista, ò algun Santo subiendo por alguna escalera, y q̄ les assiò de la manga, ò falda de la ropa: ò q̄ vieron salir vnas como luzes de los ojos de vn Crucifixo. O q̄ les apareciò la Virgen nuestra Señora, y les diò vn golpecillo en las espaldas, y cosas semejantes à estas, sin tener otro efecto, sino solo parecer vn puro juego: como si la Virgen, ò los Santos vbieran de baxar del Cielo à hazer estas liviandades. Sea pues que quando las visiones, ò aparecimientos son verdaderos, y segū Dios, siempre obran en el alma algun efecto extraordinario, ò para provecho de el que lo recibe, ò para bien de los proximos; porque si vn hombre prudente, y cuerdo jamas obra sino por algun fin provechoso, y grave; en que juicio puede caber, que Dios, ò sus Santos exerciten acciones ridiculas, cuyo fin sea liviano, y sin fundamento.* Ideò aiebat Seraphica S.The. Doctrix Theresia: *Quiero deziros qual sea la causa de hazer Dios à las almas estas mercedes, no piense alguna que es por solo regalar al alma, que seria gran hierro, sino por fortalecernos para padecer por su amor.*

22 Sexta regula sit: Si visionem, aut revelationem patiens nimium propendat ad eam divulgandam, etiam sub prætextu maioris gloriæ, & laudis Dei, parum tuta censeatur: nam huiusmodi propensio à spiritu superbiæ ortum ducere timendum est; etenim Cœlestis Thesaurus absconditur, vt servetur. Excipe communicationem cum proprio directore; vel de illius consilio cum alio Viro Docto, & experto: his enim omnia, & singula manifestari debent, vt insidiosæ Dœmonum latebræ detegantur.

23 Septima regula suspectæ revelationis est si ipsam præcessit aliqua diligentia orta ex desiderio talem revelationem habendi, quia tunc regulariter, præcipuè in ijs qui levis sunt imaginationis, ea, quæ desiderando appetunt, videre credunt, cùm tamen imaginarium sit phantasma. Vnde Sancta Mater Theresia *Mans. 6. cap.3.* ait: *Tambien podria ser* S.The. *pidiendo à nuestro Señor vna cosa afectuosamente, parecerle que le dizen lo que quieren.* Huius regulæ ratio est: quia humilitati dissonat revelationes appetere: cumque revelatio, vt-

poté

potè gratia specialis, solis humilibus concedatur vt in plurimum, quia humilibus Deus dat gratiam, vt minùs secura cenceri debet revelatio, quæ oritur, vel connectitur cum ipsius inordinato desiderio.

24 Octava regula sit: Si post exactam consideratioē, maturumque iudicium viri docti, & experti ipsius voto revelatio aliqua falsa existimetur, huicquè iudicio revelationem habens protervè opponatur, eo ipso falsa censenda est: quia licèt multoties revelationem patientes firmissimè teneant interiori lumine instructi Deum sibi loquutum fuisse; tamen faciliùs credunt si spiritu Dei aguntur, se potiùs quàm Magistrum errare. Vnde Gregorius Magn. *Hom. 1. in Ezech.* ait: *Inter Prophetas veros, ac falsos ista distantia est: quia Prophetæ veri si quid aliquando per suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum Sanctum eruditi citius corrigunt; Prophetæ autem falsi, & falsa denuntiant, & alieni à Sancto Spiritu in sua falsitate perdurant.* Greg. Mag.

25 Nona regula est: Revelatio de re futura quotiès à Deo est, semper impletur, & verba sunt absque aliqua æquivocatione prolata, sive plano sensu animæ dicta: è contra verò quando à Dœmone oritur, vel non impletur revelatio, vel saltim aliqua ambiguitate fit verborum, ne si non sortiatur effectum propriis verbis capiatur. Hac fraude apud Gentiles Dœmon vtebatur, iuxta illud: *Dare responsa ambigua Delphico mos est Deo.* Quocirca Cardinal. Turrecremat. *in Prolog. ad Revelationes S. Birgit. cap. 3.* ait: *Quando revelationes continent veritatem sine ad mixtione alicuius falsitatis, non dubium quin sint à Spiritu Sancto, qui Doctor, & inspirator est veritatis: quando verò habent falsitatem, aut errores, sive admixtionem alicuius falsitatis, non à Spiritu Dei, sed diabolico procedere dignoscuntur: Diabolus enim, qui pater mendacii est, illusionibus suis interdum dicit vera, vt decipiat, & aliquando falsa, sed Spiritus Sanctus vera, & nunquam falsa.* De quo signo Beatus Thomas 2. 2. *quæst. 162. art. 5. Et in Deuteronom*, *dicitur*: Quomodo *possum intelligere verbum, quod non est loquutus Dominus? Hoc habebis signum quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenerit, hoc Dominus non est loquutus.* ¶ Nota quod si futurum revelatum sit ex iis, quæ à Dœmone coniectari possunt, quamvis ita eveniat, sicut per revelationem asseritur, semper

Card. Turrecremat.

Deuteronom.

per est dubiæ fidei revelatio; si verò omninò falsificetur certum est à Dæmone fuisse, cùm Deus non possit loqui falsum. *Omninò* inquam; quia non me latet fuisse, & fortassis esse conditionatas Prophetias, aut revelationes: cave tamen ne facilè conditionatas credas.

26 Decima regula pro vera revelatione affertur à Magistro Ioanne de Avila *tract. Audi Filia cap.* 51. his verbis: *Si humilior evadis, & verecundus de culpis, & defectibus commissis, & cum maiori reverentia, & tremore coram infinita magnitudine Dei: nec desideria concepisti vana cōmunicandi alijs, quod à Deo recepisti, sentis quæ cor tuum ita quietum imò magis quàm anteà. Et in tui cognitione persistis, sicut antequàm revelationem haberes, aliquale signum est quod sit à Deo. Quando autem est Diaboli fraus, omnia è contra eveniunt: quia in principio, vel in fine visionis, aut revelationis sentit anima quòd vanè desiderat de rebus illis loqui cum proprij æstimatione iudicij, reputans quòd Deus in illa magna operaturus sit, nec habet gustum in consideratione suorum defectuum, nec vult ab aliquo reprehendi.* *M. Avila.*

***

ARTIC. V.

De alijs circumstantijs in revelationibus observandis?

27 PRæter enumeratas regulas ad discernendum inter veras, & falsas revelationes aliæ sunt nonnullæ ad plenum vndequaquè iudicium efformandum animadvertendæ circumstantiæ, quarum prima est sexus an videlicet revelationes patiens sit vir, an fœmina: quia si cætera sint paria (inquit Del-Rius *lib. 4. Disquisit. Magic. cap. 1. quæst. 3. sect. 3. Plus fidei virorum revelationes merentur quam mulierum: quia sexus iste imbecillior naturalis, vel Dæmoniacas suggestiones plurimum habet pro divinis: multa quoque sibi somnia fingit, quæ vera credit. Abundat passionibus admodùm acribus, & vehementibus: quare quod à passione natum, id à veritate profectum putat. Sunt etiam fœminæ naturæ humidioris, & viscosioris; humidum verò facilè commovetur, & varias figuras recipit ægrius autem, ac serius à motu cessat: ideo mulieres citius imaginātur. Vnde in mulieribus timenda omnino est efficacia imaginationis.* *Del-Rio.*

Per accidens nihilominus

nus solent mulieres aptiores existere ad veras visiones, & relevationes habendas, cuius rei duplicem causam assignat Bartholomæus de Sybili *in quæstion. peregrin. decad.* 1. *cap.* 8. *quæstiunc.* 5. Vbi quæstionem excitans quare fœminis frequentius revelationes fiunt, quàm viris? Resp. *vir citiùs diligeret suas conceptiones, vel imaginationes, quare minus apparent eis mirabilia. Secunda causa accipitur ex defectu rationis: nam mulieres (sicut dicitur in Politicis) habent ratiocinium invalidum: vnde minime vigent ratione, & discretione in comparatione ad viros: propter quod si eveniant mulieribus aliquæ apparitiones, & visiones mirabiles, minùs, est ratio contradicens quam in viris.* Hanc eandem rationem affert D.Thom. 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 3. *ad* 3. dicens: *quod ideo in simplicibus, & mulieribus, devotio abundat, quia minus de ratiocinatione habent.* Videantur nostri Salmant. *in arbore virtutum num.* 62. Hoc non obstante si in revelationibus mulierum regulæ supra assignatæ reperiantur, non quia mulierum parvi pendi debent, benè tamen cautè inspici.

Bart. de Sybili.

D. Th.

28 Secunda notanda circumstantia est humorum dispositio; an videlicet persona, quæ revelationes habere dicit, humore melancolico laboret: nam adversus huiusmodi personas, sic loquitur Seraphica Theresia *Mansion.* 6. *cap.* 3. *Algunas vezes, y muchas puede ser antojo en especial en personas de flaca imaginacion, ò melancolicas; digo de melancolia notable. De estas dos maneras de personas no ay que hazer caso, aunque digan que veen, oyen, ò entienden. Ni inquietarlas con dezirlas que es Demonio, sino oirlas como á personas enfermas, diziendo la Priora, ò Confessor a quien lo dixere, q̃ no haga caso de ello, que no es la sustancia para servir à Dios: y que á muchos ha engañado el Demonio por alli, que no será quiza assi ella, por no la afligir. Porque si le dizen que es melancolia, nunca acabarà, que jurará que lo vee, y lo oye, porque le parece assi.*

S. The.

29 Tertió debet inquiri an laboret insania, furore, vel vehementi aliqua passione, vtputa tristitia, lætitia immoderata, amore, odio pusillanimitate, &c. quia huiusmodi facile appariciones fingunt in imaginatione, quas credunt verè tales, cùm revera læsæ imaginationis fictiones sint. Item senectus nimia hæc cōponere spectra solet, similiter nimia debilitas ob immoderatas

ratas, & imprudentes pœnitentias cerebrum lædit: vnde cùm propriæ operationi nequeat insistere, assolet suspensiones pati: quas quidem raptus putant, cùm sint merè deliramenta. Quocirca ait Caietanus 1. 2. *quæst.* 17. *art.* 7. *Cum hæc aspexeris videbis quod pluries accidentia personis patientibus exstasim, & huiusmodi* (scilicet revelationes etiàm, & visiones) *causantur ex sua imaginativa originaliter, quamvis fortè cõsuetudo mutata sit in naturã vt invitas postmodum afficiat.*

Caiet.

30 Quartò consideranda est moralis vniuscuiusque dispositio: an scilicet virtuosa sit; præcipuè humilis persona cui fit revelatio: nam si talis fuerit, faciliùs vera credetur: quia parvulis idest humilibus revelat sua secreta Dominus, vt ipse asserit in Evangelio. Ad humilitatem etiám reducitur docilitas, quæ doctrinæ à Ministris Ecclesiæ traditæ acquiescet: tutissima via igitur est alieno subdi iudicio. Nã vt aiebat Abbas Moyses apud Turrecremat. *Nullatenus quispiã decipi potest, qui non suo iudicio, sed maiorum vivit exemplo. Nec valebit ignorantia eius callidus hostis illudere, qui vniversas cogitationes corde nascentes pernitiosa verecundia nescit abtegere, sed eas maturo examine seniorum, vel reprobat, vel admitit.*

Abbas Moys.

31 Quintò perfecta obedientia in omnibus necessaria est, maximéque summa veracitas: nam qui sub dolo cum directore agere comperitur, fide omninó fit indignus, ideòque si visiones, & revelationes habere dicat, vel omninó eas fingere, vel infedilitatis suæ inpœnam decipi credendũ est.

32 Sexto attendi debet in virtutibus Theologicis præcipuè in charitate profectus: quia Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. E contra verò qui in charitate deficit in omnibus deficit, & non benè cõpatitur Deũ familiariter, & amicabiliter ei alloqui, quem ab amicitia, & familiaritate alienũ agnoscit. Videatur igitur an si frequenter adversus Prælatos, adversus directores quis frequenter quærimonias spargat, & querelas eo quod suo iudicio, aut voluntati contradicunt; quia qui huiusmodi sunt absque vlteriori examine reprobandæ sunt eorum visiones, & revelationes.

33 Status denique personæ considerari debet an dives sit, an vero pauper: vtrobique enim est, licèt dispar, periculum. In divitibus quidem: quia honorum avidi fingendo visiones, aut revelationes, quem alia via assequi non valent, honorem quærunt. In pauperibus

bus maius imminet periculũ: nam facultatibus deſtituti vt apud proceres æſtimationem acquirant, quo miſeram evadant fortunam, multoties revelationes, & viſiones fingunt, qua de re hac noſtra miſera tempeſtate devotę fœminę vulgò *Beatas* non modica, licèt non impunita flenda præbuére exempla.

ARTIG. VI.

Vtrùm viſiones, & revelationes habentes omninò perfecti eſſe debeant?

34 NEgativè reſpondeo, Sacræ Scripturæ teſtimonio innixus. Etenim ex ipſa conſtat etiam peccatoribus viſiones loquutiones, & revelationes factas fuiſſe. Vidit Nabucodonoſor ſtatuam. Saul Samuelis Spectrum, Prophetavit Balaam, Prophetavit, & Caiphas, hiſque ſimilia in Sacra Pagina plura alia extant exempla. Ergo viſiones, & revelationes habentes non debent neceſſariò eſſe omninò perfecti. Cuius ratio eſt, quia huiuſmodi gratia inter gratis datas numeratur, & vt conſtabit ex doctrina articuli ſequentis, gratię gratis datę etiã cum peccato mortali compatiuntur. Tum etiam quia licèt verum ſit Deum familiariter ſolùm cum amicis loqui, non tamen abſolutè negari debet etiàm aliquandò inimicis alloqui, vel ad eorum correctionem, vel imperfectis ad maiorem profectum. Patet hoc in Adamo poſt lapſum, cui, vt culpam exprobraret, loquutus eſt Dominus in Paradyſo.

35 Hinc communiter Doctores viſiones, revelationes, raptus, &c. in ſtatu profectorum non conſtituunt, ſed viſiones externas in ſtatu incipientium, imaginarias, ex quibus regulariter raptus procedunt, in ſtatu profitientium, & intellectuales in ſtatu perfectorum. Quocirca videmus viſiones, tàm externas, quàm imaginarias communiter in perfectis ceſſare, poſtquàm ad altiſſimam contemplationem infuſam ſunt evecti: Compatitur ergo cum omnimodæ perfectionis carentia animam plures habere viſiones, & revelationes. Imò hoc neceſſariò eſt concedendum, cùm etiam perfectiſſimi ad ipſorum humiliationem in aliquas imperfectiones Deo permittente cadant: quia ſiquis dixerit quòd peccatum non habet mendax eſt. Et ex ſententia Spiritus Sancti *Proverb. 24. ver. 1. Septies in die cadit iuſtus.* Prov.

36 Sed pro maiori horum explicatione ſciendum eſt: peccata venialia, alia eſſe, quæ ex plena deliberatione procedunt, alia, quæ quaſi indeliberatè, aut omninò ſine deliberatione.

Deinde alia ex celeritate, & vehementia passionis, alia ex malitia. Insuper aliqua ex commissione sunt, aliqua ex omissione. Denique alia sunt quæ fiunt quasi habitualiter, alia quæ casualiter, & ex alicuius ocasionis alliciētia. Dico ergo, quòd cum veritate revelationum, & earum frequentia compatiuntur aliqua venialia provenientia ex celeritate passionis non plenè deliberata, vel si ita non commissionis, sed omissionis, dummodó non sint habitualia, sed potiùs casualia. Imò, & veniale commissionis non est sufficiens motivum ad denegandã revelationibus veritatem: quorum ratio est, quòd cùm hæc omnia cum gratia, & vera Dei amicitia compaciantur, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, compatitur etiam frequentia revelationum cum ipsis venialibus.

37 Sed nota quòd etiam venialium frequentia, præcipuè si contra obedientiam fit, magnam ingerunt falsi spiritus suspicionem; quia veri spiritus fundamentum obedientia est, & humilis subiectio. Idem dicimus de venialibus contra charitatem, vt ex se constat, & nos late diximus in *nostro Manual. Patrum Spir. lib. 1. cap. 29. 30. & 31.*

ARTIC. VII.

Quomòdo se gerere debeant tam habentes visiones, & revelationes, quàm eorum directores?

38 DIco primò: Habentibus visiones, revelationes, raptus, & alia huiusmodi omninó expedit non in eis pedem figere; sed totis viribus ad vnionem tendere, & in clarissima fidei divinæ caligine perseverare, ac per virtutum exercitium in amore divino, spretis etiam spiritualibus consolationibus, proficere. Hæc est tota doctrina Sanctissimi Parentis Ioannis à Cruce pleno suo opere, & Sanctissimæ Matris Theresiæ passim, præcipué *lib. Mansionum D. Bonavent. tract. de Relig. Proces. 7. cap. 20.* vbi sic ait: *In omnibus revelationum, & visionum generibus magna cautela habenda est, ne falsa pro veris, noxia pro salutaribus, exigua pro eximijs, & incerta pro certis recipiantur. Solùs autem Spiritus Sanctus per donum Consilij, & per gratiam discretionis spirituũ sit hominem expedire, & certum reddere quid in illis recipiendum sit, vel respuendum, & quomomodo eis vtendum, sicut, & Prophetas, & Sanctos docuit,* *D. Bonaven.*

qui-

quibus non solùm vera ostendit, sed etiam per veritatis testimonium, quæ vera essent, interius demonstravit. Alijs autem videtur securiùs esse, talia non quærere, oblata nec citò credere. Aliquandò etiam oblata velut minùs fructuosa parvipendere, vt si vera sint, se habeant indiferenter ad ea: si falsa non innitantur eis, ne decipiantur: & si velit advertere, quærat super his consilium sapientium solùm, & paucorum: & ad illa se estudiosè exerceat, quæ sunt secura meritoria, & fructuosa, quæ sunt vitiosa extirpare, & virtutum studijs fideliter insudare. Sacræ Scripturæ Sacrum scrutari intellectum, & per orationis vsum mentem accendere ad devotionis affectum, hæc sunt salubria, & secura studia religiosorum, & quantò quis in illis se exercuerit, tantò maioris meriti, & maioris gloriæ apud Deum erit. Et cum de sensibilibus suavitatibus sermonē instituisset subdit: *Sicut de visionibus, & revelationibus, ita de huiusmodi sensibilibus experientijs, sciendum quod aliqui seducuntur in eis, putantes esse à Deo, quod forte est phantastica deceptio, & aliqui putant esse aliquid magni, quod in se nullius est meriti.* Et *sub.c.* 18. ita habet: *Istæ autem visiones conveniunt simul in hoc, quod non solum bonis, sed etiam malis ostenduntur. Item quandòque veræ sunt, & per eas eruduntur aliqui ad veritatem, & quandòque deceptoriæ, & aliqui ex ijs deluduntur. Vnde Ezech.12. Vidistis visionem cassā, & divinationem mendacem loquuti estis. Item quòd non faciunt Sanctum, nec ostendunt; alioquin Balaam sanctus esset, & eius asina, quæ vidit Angelū, & Pharao qui vidit somnia præsaga futuorum. Itē quod etiā si veræ sint. per se meritoria nō sunt, & qui multa talia videt, non est melior, & qui nulla, non est minor alijs sicut est de miraculis. Item quia pluribus magis nocuerunt talia, quam, profuerunt: quia inaniter inde gloriantes extollebantur.*

39 Debet igitur quicumque has patitur visiones, & revelationes, eis humiliter renunciare; cuius renuntiationis formam affert Gerson *de Probatione spirituum* his verbis: *Dicatur reverenter cum Petro: Exi à me Domine: quia peccator sum; quia vilis sum: quia visionibus tuis indignus sum: quia hic neque quæro, neque accepto, sed repello. Sit in cælo, non hoc in sæculo visio tua tota merces mea Domine Deus meus, & sufficit. Quid ad me de visionibus tuis in hac vita? Quid de superiorum meorū monitionibus? Mitte potiùs obsecro, quem aliquando missurus es, & me meus spiritus humili tegat, obscuròque loco.* Gersō

Opponet forsitan aliquis ex Apost. 1. ad Thesalon. 5. iubente: Nolite, inquit, spiritum exinguere: si sit ergo visio à Spiritu Sancto, quæ nihilominus repellitur; quid hoc est nisi Spiritui Sancto resistere, suamque nascentem gratiam suffocare? Sed profecto Spiritus Sanctus, qui se dat humilibus, nequaquam ex humiliatione, quam prædiximus, se subtrahet: intrabit potiùs, & in beneplacito suo, deducet victor ad super excelsa animam hâc in oculis suis vilem, & absque vlla ruga fictionis. Hæc ille.

40 Ex quibus manifestè constat quòd etiam si anima humiliter visionibus, & revelationibus resistat, non ideò cessabunt; quin potiùs si ad propriam salutem expediant, crescent, & quotidie augmentum accipient.

41 Dico secundò: consequenter ad supra traditam doctrinam, director talium animarum prudenter se gerere debet, neque facilè credendo omnia: *Quia qui citò credit levis est corde*; neque tenaciter omnia spernendo, sed Apostoli doctrinam sequendo *1. ad Thesalonic. 5. vers. 20. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere: omnia autem probate: quod bonum est tenete.* Vnde prudentissimè V. Magist. Joannes de Avila tract. *Audi Filia cap. 51. in medio ait: Si al espiritu de Dios bueno tenemos por espiritu malo del Demonio, es gran blasfemia, y somos semejantes à los miserables Fariseos, contradictores de la verdad de Dios, que atribuian al espiritu malo las obras que Christo nuestro Señor hazia por el Espiritu Santo. Y si con facilidad de creencia aceptamos del espiritu malo, por cosas del Espiritu Santo, que mayor mal puede ser, q̃ seguir las tinieblas por la luz? y lo peor es el Demonio por Dios. En entrambas partes ay gran peligro, ò teniendo à Dios por Demonio, ò al Demonio por Dios.*

Ad Thesalocin.

M. Avila.

42 Sed sciendũ quod etsi post maturum examen director prudenter iudicaverit tales visiones, & revelationes à Deo esse, supersunt nihilominus alia precepta demostrãtia qualiter in earum moderatione se gerere debeat. Quorum primũ sit: ne animæ manifestet spiritus sublimitatem, quam ipsæ revelationes aliqualiter indicant, ne fortè aliquis inde superbiæ concitetur ventus, sed neque patientem absterreat ipsive illudat, ne fortasis deinceps quę sibi obvenerint celet, & occultet, videns ob talia parvipendi. Qua de re audiatur B. P. N. Ioannes à Cruce *lib. 2. Ascens. Mont. Carme. cap. 18. Ay algunos que llevan tal modo, y estilo en las al-*

S. Ioã. à Cruce

almas, que tienen las tales cosas, que ò las hazen errar, ò las embarazan con ellas, ò no las llevan por camino de humildad, y les dan mano à que pongan mucho los ojos en ellas que es causa de no caminar por el puro, y por el perfecto espiritu de Fè, y no las edifican, y fortalecen en ella, haziendo mucho caso de aquellas cosas. In eundem sensum loquitur Gerson. *de Probat. Spir.* dicens: *Cave ergo quisquis eris auditor, aut consultor, vt non applaudas tali personæ; non obinde laudes eam, non mireris quasi sāctam, dignamque revelationibus, atque miraculis..... Talem admone non sublime sapere, sed sapere ad sobrietatem.*

Gersō.

43 Vitare itidem debet director curiositatem perniciosam, quæ hic interseri assolet: caveat ergo summa cura ne secreta per revelationem exquirat, vt sunt alicuius animæ statum, defuncti sortem, & alia huiusmòdi, quia magna Dæmoni ad suas fallacias immiscendas apperitur via: non leviaquè indè contra charitatē præcipuè suboriri solent inconvenientia; nam fortassis accidit quemquam ab honoribus privasse, quibus alias reputabatur dignus, solùm ob notitiā revelatione habitam, cuius veritas apud Deum sit; nam in charitatis præiuditium Deum revelare non credam.

44 Sit secundum præceptum: vt director omninó sub secreto celet quæ huiusmòdi de discipulo novit: & maximé si revelatio in alicuius valeat vergère dedecus; plura namque ex huius manifestatione, vt ex se patet, valent suboriri inconvenientia. Licèt non exinde negemus, quandòque convenire alicui talia detegere viro docto, & experto; taciturno tamē, vt ipsius consilio, & ope melius animæ via dirigatur,

45 Tertium observandum præceptum sit, ne patienti visiones, aut revelationes, propria eas iubeat scribere manu; vel si aliquando hoc expediat, ignoret penitùs patiens talia directorem servaturum, ne forsan fortassis inde æstimationem aliqā mereri sua scripta præsumat. Virtutes supra omnia æstimari noscat, parvipendi visiones; *Non habeas* (inquit. B. Vincēt. Ferrer.) *magnam æstimationem visionum eorum, & sentimentorum, neque earum raptuum: nam secundum veritatē Theologiæ pluris est faciendus minimus actus charitatis, in quocumque homine, quam magnū pondus revelationum, & apparitionum: ista enim nonnunquā fieri solēt hominibus sceleratis.*

S. Vinc. Ferrer.

46 Quintum sit præceptū: vt omnia ad lydiolapidem Sacræ Scripturæ probet, & si cum ipsius veritate conformes inveniantur revelationes, & visiones,

nes, non sunt penitùs spernēdæ, precipuè si eximio virtutum exercitio iungantur. Doctrina est Divi Vincentij Ferrer. *loc. cit.* § *Ad honorem Domini*, his verbis: *Tamen si dicant, aut inducant in hoc quod est secundum fidem, & Sanctā Scripturam, & secundum bonos mores, noli spernere: quoniam sperneres quod est Dei: tamen non confidas totaliter: quia sæpè, maxime in tentationibus spiritualibus falsitas inducitur, seu absconditur sub similitudine veritatis, & malitia sub similitudine boni, vt Diabolus possit sæpè, & meliùs mortale venenum sine suspicione infundere: & ideò credo quod plus placeat Deo, quòd visiones, & sentimenta, & raptus qui secūdùm quod dictum est habent similitudinem veritatis, & bonitatis dimittas ire pro tantò, quantum valent. Nisi contingat hoc aliquibus personis ratione sanctitatis, & discretionis, ac eorum humilis probitatis, ob quæ certum est quòd prædictæ personæ non possunt decipi per illusiones neque, ingenium Diaboli.*

S. Vin. Ferrer.

47 Codcludimus denique doctrina N. B. P. Ioannis à Cruce *lib. 2. Ascens. Mont. Carmel. cap. 22.* Vbi postquam docuisset ea omnia abdicanda esse, quæ aliquid singulare continent, sive revelationes sint, sive visiones, seu quid aliud, tandem subdit: *Hase de advertir acerca de lo dicho, que no porque avemos puesto tanto en que las tales cosas se desbechen, y no pongan los Confessores à las almas en el lenguage de ellas, convendrà que las muestren desabrimiento los Padres Espirituales acerca de ellas: ni de tal manera las hagan desvios, y despreciar en ellas, que les den ocasion à que se encojan, y no se atrevan à manifestarlas, y que la tomen para dar en muchos inconvenientes, si les cierran la puerta para dezirlas; porque como avemos dicho, es medio, y modo por donde Dios lleva à las tales almas; y no ay para que estar mal con èl, si no antes yà con mucha benignidad, y sossego poniendolas animo, y dandolas salida para que lo digan.*

S. Ioā. à Cruce

ARTIC. VIII.

Quid, & quotuplex sit raptus?

48 RAptus idem omninò est (inquit N. Phili. à Thrinit. *3. p. Mystic Theolog. trac. 1. discurs. 3. art. 3.*) apud Doctores Mysticos, *ac volatus, seu elevatio spiritus, & ecstasis.* Nihilominus: *Dicēdum* (inquit D. Thomas 2:2. q. 175. *art. 2. ad 1.*) *quòd raptus addit aliquid supra ecstasim; nam ecstasis importat simpliciter excessum à se ipso, secundū sci-*

Philp. à Trinit.

scilicet quòd aliquis extra suã ordinationem ponitur, sed raptus super hoc addit violentiam quandam.

49 Vnde ratione huius violentiæ multotiès raptus non sunt ex divina influentia, sed ex quadam vehementi imaginatione, aut consideratione. Qualiter Socrati multotiès accidisse ex solis aspectu, rerumquè profunda consideratione refert ipsius discipulus Plato.

50 Quarè in divino raptu semper intervenit aliqua arcanorũ supernorum manifestatio, alioquin à Deo causatus non est. Vndè aiebat Sancta M.N. Theresia *Mancion.6.cap.4. Yo tengo para mi que si algunas vezes no entiende estos secretos en los arrobamientos el alma à quien los ha dado Dios, que no son arrobamientos, sino alguna flaqueza natural, que puede ser à personas de flaca complexion (como somos las mugeres) con vna fuerça el espirttu sobrepuxar al natural, y quedarse assi embebidas.*

S.The.

51 Ex quo sequitur resolutio illius difficultatis, de qua sæpiùs fui interrogatus, cur videlicet in mulieribus multotiès raptus abundant: Et ferè omnes, quæ spiritus viam sequũtur, cordis patiuntur defectus, seu morbum caducum? Quibus respondẽdum est, quòd cũm fœminæ debilioris sint complexionis, nequæunt earum sensitivæ facultates spiritus vim sustinere.

52 Dico ergo ad quæsiti resolutionem raptum sic diffiniri posse: *Excessus quidã spiritus, quo quadam violentia rapiuntur potentiæ sensitivæ, vt anima extra se posita secreta divina intelligat.* Quod raptus sit excessus spiritus cum violẽtia, in sensibus saltim externis exercita, constat ex dictis. Sed notandum quòd non semper totaliter ligantur sensus externi, sed aliquando solùm quasi sopiti manent, quod optimè explicuit S. M. N. Theresia *cap.20. sue vita* his verbis: *Aunque pocas vezes acaece perderse el sentido, algunas me à acaecido perderle del todo, pocas, y poco rato, mas de ordinario es que se turba, y aunque no puede hazer nada de si quanto à lo exterior, no dexa de entender, y oir, como cosa de lexos: no digo que entiende, quando està en lo subido de èl digo subido en el tiempo que se pierden las potencias; porque estàn muy vnidas cõ Dios, porque entonzes no vè, ni oye, ni siente à mi parecer.* S.The.

53 Additur in definitione: *Vt secreta divina intelligat:* quia etsi aliquando, imò frequentiùs raptus contingat cum visione imaginaria: semper nihilominùs ad intellectualẽ visionem secretorum Dei ordinatur. Quo circa aiebat Serephica

Do-

Doctrix nostra Theresia *Mans. 6. cap. 4. Quando estando el alma en esta suspencion, el Señor tiene por bien mostrarle algunos secretos, como cosas del Cielo, y visiones imaginarias; esto sabelo despues dezir, y de tal manera queda impresso en la memoria, que nunca jamàs se olvida: mas quando son visiones intellectuales, tampoco las sabe dezir, porque deve aver algunas en estos tiempos tan subidas, que no las conviene entender los que viven en la tierra, para poderlas dezir, aunque estando en sus sentidos por acà se pueda dezir de estas visiones intellectuales.*

54 Raptuum autem diversitas, ex diversitate causarum desumenda est. Triplicem causam assignat Richardus *lib. 5. de comtemplat. Nam oriuntur* (inquit) *vel ex magnitudine devotionis, vel admirationis, vel gaudij.* Sed pro vniuscuiusque causæ cognitione nota: quòd quandò raptus ex devotione procedunt, cordis vires deficiunt, eò quòd sensibilis devotionis affluentiam ferre nequeat. Quandò verò ex admiratione, totalem sensuum alienationem causat; cuius rei affert exempla Gregor. Magn. *lib. 20. & 22. Moral.* & D. Bonaventur. *tom. 2. opuscul. tractat. de septem grad. contempl.* Qui verò ex gaudio procedit aliquando in divinas laudes velut ebrium patientem prorumpere facit. — *Ricar.*

55 Raptuum effectus benè assignat P. Lezana *annotatione 22. ad vitam S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi. Aliquando* (inquit) *elevatur, corpus in aere,* vt refertur de Sancto Dominico, & de Sancto Francisco de Assis testatur Div. Bonaventura. Aliquandó velut mortui in terram cadunt, aliquandò huc illucque celeriter discurrunt, vident, & saltant velut temulenti. Vnde aiebant S. M. N. Theresia *cap. 20. suæ vitæ: Muchas vezes me parecia me dexava el cuerpo tan ligero, que toda la pesadumbre de èl me quitava, y algunas vezes era tanto, que casi no sentia poner los pies en el suelo; pues quando està en este arrobamiento, el cuerpo queda como muerto, sin poder nada de si muchas vezes, y como le toma se queda siempre, si sentado, si las manos abiertas, si cerradas, &c.* — *P. Lezana.* — *S. The.*

ARTIC. IX.

Vtrùm in raptu anima libertatem conservet?

56 Loquimur de raptu actuali, hoc est, quando actualiter anima à sensibus alienata, & in aliqua imaginaria visione absorta aliqua intelligit mysteria, aliqua cog-

cognoſcit ſecreta futura, vel præſentia, non verò ante hanc alienationem, vel poſt: ante raptum enim, ſi quandòque ingreſſus in ipſum præſentitur, non dubium quin poſſit eſſe libertas, & meritum, non ſolùm reſpectivè ad gratiæ augmentum, & gloriæ; verùm in admittendo ipſum raptum. Similiterquè poſt ipſum in aſſentiendo veritatibus in raptu cognitis. Quaré ſolùm eſt difficultas, an in ipſo actuali raptu anima libertatem conſervet, ſufficientem ad hoc quòd raptus ex ſe ſit meritorius?

57 Concluſio eſt affirmativa, quam tenet Leander Granat. *tract. de Lucc. mirab. Dei, diſcurſ.3.§. 3. à num. 7.* Colligiturque ex Sacra ſcriptura: quia Adamus in ſopore illi â Deo immiſſo, vt teſtatur D. Aug. *de Geneſ. ad lit. cap. 19.* & Procopius *lib. de Prædict. par. 1. cap. 1.* D. Bern. *Sermon. 6. in Vig. Nativit.* D. Thom. 3. *part. quæſt. 3. art. 3. ad 5.* & 2. 2. *quæſt. 2. art. 7.* cognovit Myſterium Incarnationis, idqué credidit, vt vult Angelicus Doct. Sed actus fidei liber, & meritorius eſt: ergo in raptu, aut ſupernaturali, ſivè myſtico ſomno ſalvari poteſt libertas, & dari meritum. Itē Salomonem in ſomno meruiſſe ſapientiam, conforme eſt Doctrinæ D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 113. *art. 3. ad 2.* Vbi ſic inquit: D. Th. *Poteſt dici quod ille ſomnus non fuit naturalis, ſed ſomnus propheticus ſecundùm quod dicitur Numer. 12. ſi quis fuerit inter vos propheta Domini per ſomnium, & in viſione loquar ad eum: in quo caſu aliquis vſum liberi arbitrij habet.* Vndè plures DD. apud Leandrum *loc. cit. num. 11.* tenent hanc fuiſſe mentem Div. Thom.

58 Id etiam ratione Theologica probatur: qui raptus in communi Myſticorum Doctorum ſententia eſt eximium quid in via ſpiritus, peculiariſque gratia animæ facta: ergo in ipſo poteſt anima mereri, ac conſequenter conſervat libertatem. Probatur conſequentia, quia ſi non conſervatur libertas, neque datur meritum, non poteſt dici perfectū quid raptus cùm perfectiùs ſit liberum, quàm neceſſarium, neque gratia eſſet raptum conferre Deum, cum viatorem poneret in ſtatu in quo non poſſet mereri: ergo ne huiuſmòdi, & alia inconvenientia deglutiamus, dicendum eſt in raptu animam conſervare libertatem.

59 Contrariam ſententiam pluribus Sanctorum Patrum innixus teſtimonijs tenet noſter Thomas à Ieſu *de contemplat. divin. lib. 6. cap. 5.* aſſe-

rit enim regulariter hominem in raptu, neque libertatem, neque meritum habere, licet *cap. 6.* id divinitus fieri posse concedat. Cuius sententiæ tria sunt præcipua fundamenta: primum quòd sine miraculo libertas nequit stare sine ordine ad sensus, & operationes externas. Secundum quod sine perfecto iudicio non est vera libertas, neque iudicium perfectum de rebus visis cum totali sensuum alienatione. Tertiũ denique quòd in visione imaginaria in raptu frequentiùs reperta sæpè est cognitionis deceptio cùm præsens reputetur, quod est futurum, reale, quod est solùm imaginarium, &c. Quæ omnia cũ vero iudicio requisito ad libertatem non possunt compati.

60 His obiectionibus, vt respondeamus, & mens Sanctorum Patrum clarior appareat, notandum est: quòd libertas exigit, vt benè supponit argumentum, indifferentiam iudicij; hæc autem indifferentia in eo sita est, quòd obiectum ita proponatur, vt voluntas id possit, vel amplecti, vel respuere: neque ad hoc vt respuat requiritur ex parte obiecti aliqua ratio mali; sufficit enim si sit inadæquatum respectu voluntatis, vel si non cognoscatur vt adæquatum; vt patet quandò voluntati proponitur aliquod particulare obiectum creatum, vel etiam ipse Deus, sed nón cognitus vt est in se, qua ratione liberè fertur in illud; secùs si aut bonum in communi, aut Deus clarè visus proponatur; quia tunc necessariò fertur in illud obiectum.

Secundò notandum est quòd meritum dicitur relatiue ad præmium. Et potest stare quód idem actus voluntatis respectu vnius sit meritorius, & non respectu alterius, hoc est quod possit hoc, & non illud mereri. Vt patet in actu charitatis a gratia procedente, qui quidem gloriam meretur, & non gratiam.

Tertiò sciendum est quòd intellectus taliter in hac vita dependet à sensibus, vt species nequeat naturaliter haberi absque sensuum ministerio. Stare nihilominùs potest intellectum, & voluntatem aliquid vel cognoscere, vel velle sine sensuum cooperatione, vel quia Deus species infundit, vel quia præhabitas ministerio Angelorum coordinat.

Sciendum est quartò quòd deceptio intellectus potest esse circa aliquod obiectum, absque eo quòd necessarió circa omnia decipiatur. Patet in Discipulis euntibus in Emmaus, qui

qui circa personam Christi sunt decepti, non tamen circa ipsius verba.

61 His suppositis, pervia est ad argumenta solutiò. Ad primum enim dicimus miraculum non esse quòd posita altissima cognitione alicuius obiecti sensus exteriores ligentur, & quasi ab anima deserantur, imó hoc iuxta rerum exigentiam ità contingere debet: quia anima nobiliori vacans operationi illi pro viribus intendit, cumquè limitatæ virtutis sit, inferiores deserit potentias, quo vnicum ipsumquè perfectissimum actum eliciat. Cumquè alias obiectum huius actus, próvt ab intellectu voluntati proponitur, sit inadæquatum respectu ipsius voluntatis, neque vndequaquè amabilis proponatur, cum licèt Deus sit, non sit clarè visus, manet cum indifferentia voluntas, ac per consequens libera ad ipsum sequendum, aut respuendum. Quando autem Sancti Patres negant libertatem in somnis, de naturali somno loquuntur, non de spirituali, aut prophetico.

Ad secundum dicimus salvari in raptu perfectum iudicium circa principale obiectum; quia cùm iudicium actus intellectus sit, ibiquè detur perfectissima cognitiò, nihil obstat quò minùs iudicium detur perfectum. Pro quo nota hoc inter naturale, & mysticum somnium intercedere discrimen, quòd naturale incipit à ligatione sensuum, quibus ligatis ligatur anima, quæ naturaliter à sensuum operatione dependet, vt nobiliorem actum efficere valeat. At verò in mystico somno ligatio in sensibus provenit á perfectione intellectionis, quatenùs, scilicet, anima ipsi vacans, inferiores deserit potentias. Vnde stat perfectissima intellectus operatio in somno mystico sine sensuum operatione, non verò in somno naturali.

Hinc patet ad tertium: dicimus enim quód admissa ibi aliqua deceptione (non concessa) tamen circa principale obiectum non decipitur cognitio: cumquè per ordinem ad ipsum salvetur libertas, & meritum, manifestè sequitur animam in raptu, & libertatem conservare, & media hac libertate mereri.


Sed contra totam hanc nostram doctrinam objicies: quód si quis in ecstasi, vel in raptu absortum existat; & accidente imperio, seu voce Prælati vt ab illo statu cesset; non cessat: est signum mali spiritus (vt aliqui affirmant) Atqui stante omninò sensuum ligatione posset hoc evenire: ergo libertas, quæ reperitur in rap-

raptu alienationem à sensibus non excludit.

Respondetur ad obiectionem dicendo illum non obesse, sed prodesse nostræ conclusioni, cumquè appertè probare: si enim subditus, etiam in raptu existens, superioris obtemperat voci, quis non videat illum ibi libertate gaudere? Cæterùm quia argumentum, falsò nititur fundamento ex nullo capite nobis adversatur. Et falsò niti fundamento sic ostendo: aut enim intendit quod tunc obedire Prælato est boni spiritus signum: quia ibi Deus in honorem, & commendationem obedientiæ patrat miraculum, & hoc libenti animo concedimus: Cæterum si velit spiritu Dei non agi illum, qui ad vocem Prælati à raptu non cessat; hoc negamus. Quia si Deus illam sensuum ligationem non solvit: anima sine miraculo vocem audire non potest. Si vocem audire non potest; quomodò obedire voci Prælati tunc tenebit? Præsertim, cùm etsi sæpè Deus similia operetur miracula; ad semper illa favenda non teneatur. Videatur quæ diximus, & exempla quæ retulimus, *in nostro Manuali, Patrum Spiritualium lib. 3. cap. 13. per totum*. Hucvsquè dicta sufficiant. Prælatis obediendi gratia cedat vtinam ad maiorem Dei gloriam; Proparentum Theresiæ, & Ioannis à Cruce præclaram laudem, ac Mecœnatis felicem memoriam. In hoc opere, si quid, veritati, aut Sanctorum Patrum doctrinæ dissonum quid diximus ab hinc libenti animo retractamus.

FINIS.

INDEX



INDEX NOTABILIVM RERVM.

Prior numerus, Paginam, secundus autem marginalem numerum denotat.

A

B

C

Con-

Do-

præ

P

Re-

S

T

V

Vnio

FINIS.

in hominem cadere posſit[a]. Prout virtus
5 eſt in abſtracto, ſeu extra hominẽ, duplex
item eſt ex Ariſtotele libr. 5. Ethicorum.
6 Vna quæ virtutes omnes cõplectitur, altera quæ vna virtutum eſt. Prima mater omnium virtutum eſt, vt in qua & vniuerſæ virtutis vſus conſiſtat. Quare & Politicorũ ſecundo idem Ariſtoteles, huic reli-
7 quas virtutes ancillari, tradit. Scitumque Ageſilai illud eſt, qui percõtãti, iuſtitia an fortitudo melior eſſet virtus, fortitudine (inquit) opus nihil eſt, ſi iuſtitia abſit, quòd ſi iuſti omnes fiant, fortitudine nil erit opus, auctor Plutarchus. Quo ſenſu & Iuſtiniani quoq; pulchram nouellã. 69.[b] ac-
8 cipimus. Huc pertinet & Theognidis Megarenſis elegiaca ſentia pulcherrima.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι
πᾶς δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθὸς κύρνε δίκαιος ἐών.

¶Quaſi omniũ omnino virtutum ſumma quædã, iuſtitia ſit: & quicũq; iuſtus eſt, idẽ cõtinuo & vir quoq; bonus. Nemo igitur vere iuſtus, qui non idem & fortis, temperatus, prudẽsq; ſit. Eſt enim in virtute hac cæterarũ omniũ virtutũ quidã quaſi cõcẽtus. Lactant, lib. 5. diuin. iuſtit. Inſtitia aut ipſa eſt ſumma virtus, aut fons eſt ipſa vir-

a l. ſi quid vẽditor. §. 1. ff. de ædi. edic. auth. quomo. opo. epiſ. §. 1. laſ. hic ad ſi.

b Auth. vt omnes obe. iudi. p[ro]uin. in princ.

pus Stoicus (auctore Gellio lib. 14. c. 4.) iuſtitiæ imaginem ſic depingit. Facit Chryſippus imaginem iuſtitiæ, fieriq; ſolitam eſſe dicit à pictoribus rhetoribusq; antiquioribus ad hunc ferme modum, forma atq; filo virginali, aſpectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorũ acribus, neq; humilis, neq; atrocis, ſed reuerẽdę cu iuſdã triſtitiæ dignitate. Ex imaginis autẽ iſtius ſignificatione intelligi voluit, iudi-
10 cem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe grauem, anctum, ſeuerum incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocenteſq; immiſericordẽ atque inexorabilẽ, erectumq; & arduum, & potentẽ, vi & maieſtate æquitatis, veritatiſque terrificum. 14
PERPEtua.) Quia ſemper eſt in viridi obſeruantia[c], Bald. Quia generalis, Paul. Quia continuata[d], Marius: quod & ipſe probo: nam & Theophilus διηνεκής. Qui itaque nõ ſemper, ſed interdũ iuſte agit, iu-
20 ſtus non eſt. Lactant. lib. 7. diuin. iuſtit, Iuſtitiam virtutem eſſe ait vniformẽ & ſimplicem. Sapientiæ. 1. perpetua dicitur, & immortalis. 15
VOLVNtas.) Lex, æquitas affectio animi, habitus animi. idque verius eſt. Quæ tamen omnia ſi recte perpendas, in idem

c l. arr[...] C. de [...]
d l. [...] 1. ff. d[...] ruſti[...] l. ſi cu[...] tẽs. §. [...] ritus. lut. m[...]

lib. 19. de ciuitãte Dei, hæc exponens Iustitiæ (inquit) munus eſt, ius ſuum vnicuique tribuẽs. Vnde fit in homine iuſt⁹ quidam ordo naturę, vt anima ſubdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipſa & caro. Et hæc de definitione iurisconſulti ſatis. Namq́ue innumeras aliorum au[illegible]ferre aut perſequi, inſtituti noſtri [illegible]t.



VRIS præcepta ſunt hæc: honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuiq́ tribuere.

1 *Præcepta iuris cur ita dicta, declaratum præter aliorum traditionem.*
2 *Præcipere, quid.*
3 *Affectus tres potentiſsimi, Libido, Ira, Cupiditas.*
4 *Vxor maritum cogere poteſt, vt ſuſpectam mulierem dimittat.*
5 *Cognati mulieris inhoneſtè viuentis implorare iudicis officium poterunt, vt eam honeſtè viuere compellat.*
6 *Meretrix de vicinia expelli poteſt.*
7 *l. 2. titu. 12. par. 7.*
8 *Meretrices cogi poſſunt, vt ſignum aut ve-*

cum Valla. Præcepta, id eſt, doctrinas ſeu diſciplinas exponit. Quod melius eſt. Sed ego iam olim (quod & nunc probo) Præcepta, quaſi anticipationes πρόληψεις & cõmunes quaſdã animi conceptiones. Præcipere enim non iubere tantũ, ſed & præ- 2
ſentire & præuenire eſt, Nonio Marcello auctore. Verg. in. 6.

Omnia præcepi atque aio mecũ ante peregi.

Et libro vndecimo.

Exultatque animis et ſpe iam præcipit hoſtẽ.

¶Cicero in officiis. Ingenij magni eſt præcipere cogitatione futura. Capitolinus in Gordiano, Senatus auctoritate præcepta, id eſt, præcognita. Nulla enim gens, nullũ genus hoĩm eſt, quod de iuris tribus præceptis his non habeat ſine doctrina anticipationem: quę Epicuro πρόληψις dicta eſt præcepta animo informatio quæ id cuiq; dictat, vt hæc obſeruet.

HONESTE viuere.) Tres affectus (vt
Peripateticis placet) ſunt, qui niſi ratione 3
comprimãtur, in omne facinus præcipites agunt, Libido, Ira, Cupiditas: quibus hæc contraria ſunt, quæ iuris præcepta appellãtur: refręnatur libido, ſi honeſte viuas: ira cohibetur, ſi neminẽ lędas: cupiditas repri-

10 *Socius inuito socio meretrices ad domum non ducet.*

11 *Socius socio dissentiente socium inhonestum non recipit.*

12 *Inquilinus an poßit expelli, eò quòd inhonestas mulieres ad domum ducat.*

13 *Honestè viuẽdi præceptũ latius patet, quàm vt ad pauca exempla restringatur.*

14 *Honestas in matrimonijs, vel maxime attendenda est.*

15 *l. semper. ff. de ri. nup. declarata.*

16 *Iustũ facit non proba, sed innoxia vita.*

17 *Suum vnicuique tribuere, & pars diffinitionis iustitiæ est, & vnum ex præceptis.*

18 *Alterum nõ lædere, ius suum vnicuique tribuere, an differant.*

1 VRIS Præcepta.) Pręcepta à præcipiẽendo, quasi iura præcipientia Accurs. Sed cum non ea legis virtus semper sit[a], vt præcipiat (vetat enim quandoque, punit, consulit) Zasius

re, id est enim vitium fugere. Sanè ex præ-
cepto hoc Martinus Syl. Albericus, & cæ-
teri ad vnum, argumentum sumunt, posse
iudicem vxore instante maritum compel
lere, vt suspectam mulierem dimittat: co- 4
gnatos & affines mulieris inhonestè viuẽ- 5
tis, iudicis officium implorare posse, vt ho
nestè eam viuere cogat: et posse hoc iudi 6
cem vel indicta mulcta. Meretricem de vi
cinia expelli posse[b]: quod & lex Regia[c] 7
quodãmodo quasi confirmat, iudicisq; of-
ficiũ ad id imploratbitur. Cogi meretrices
posse, vt signũ aut vestes portent, quibus 8
à matronis discernantur[d]. Quare & Domi
tianus (auctore Suetonio) probrosis fœmi
nis lecticæ vsum ademit iusque capiendi-
legata hęreditatesque: vt memineris tamẽ
meretricem non esse, quæ cum vno aut al
tero, etiã pecunia accepta rẽ habet: sed eã 9
quæ palã & pluribus se prostituit: solamq;
huiusmodi de vicinia posse expelli Alcia-
tus rectè existimat[e], ne pbis mulierib⁹ ma
lo sit exẽplo. Huc pertinet, & ꝙ socius in- 10

uito

b Pau. in l. nullus. C. de sum. trini. & fi. cath.
c l. 2. tit. 12. part. 7.
d Bald. in l. mimæ. C. de epis. aud.
e Alc. in l. Massurius. ff. de verb. signifi.

rit enim regulariter hominem in raptu, neque libertatem, neque meritum habere, licet *cap. 6.* id divinitus fieri posse concedat. Cuius sententiæ tria sunt præcipua fundamenta: primum quòd sine miraculo libertas nequit stare sine ordine ad sensus, & operationes externas. Secundum quod sine perfecto iudicio non est vera libertas, neque iudicium perfectum de rebus visis cum totali sensuum alienatione. Tertiũ denique quòd in visione imaginaria in raptu frequentiùs reperta sæpè est cognitionis deceptio cùm præsens reputetur, quod est futurum, reale, quod est solùm imaginarium, &c. Quæ omnia cũ vero iudicio requisito ad libertatem non possunt compati.

60 His obiectionibus, vt respondeamus, & mens Sanctorum Patrum clarior appareat, notandum est: quòd libertas exigit, vt benè supponit argumentum, indifferentiam iudicij; hæc autem indifferentia in eo sita est, quòd obiectum ita proponatur, vt voluntas id possit, vel amplecti, vel respuere: neque ad hoc vt respuat requiritur ex parte obiecti aliqua ratio mali; sufficit enim si sit inadæquatum respectu voluntatis, vel si non cognoscatur vt adæquatum; vt patet quandò voluntati proponitur aliquod particulare obiectum creatum, vel etiam ipse Deus, sed nón cognitus vt est in se, qua ratione liberè fertur in illud; secùs si aut bonum in communi, aut Deus clarè visus proponatur; quia tunc necessariò fertur in illud obiectum.

Secundò notandum est quòd meritum dicitur relatiùe ad præmium. Et potest stare quód idem actus voluntatis respectu vnius sit meritorius, & non respectu alterius, hoc est quod possit hoc, & non illud mereri. Vt patet in actu charitatis a gratia procedente, qui quidem gloriam meretur, & non gratiam.

Tertiò sciendum est quòd intellectus taliter in hac vita dependet à sensibus, vt species nequeat naturaliter haberi absque sensuum ministerio. Stare nihilominùs potest intellectum, & voluntatem aliquid vel cognoscere, vel velle sine sensuum cooperatione, vel quia Deus species infundit, vel quia præhabitas ministerio Angelorum coordinat.

Sciendum est quartò quòd deceptio intellectus potest esse circa aliquod obiectum, absque eo quòd necessarió circa omnia decipiatur. Patet in Discipulis euntibus in Emmaus,

qui

qui circa personam Christi sunt decepti, non tamen circa ipsius verba.

61 His suppositis, pervia est ad argumenta solutiò. Ad primum enim dicimus miraculum non esse quòd posita altissima cognitione alicuius obiecti sensus exteriores ligentur, & quasi ab anima deserantur, imò hoc iuxta rerum exigentiam ità contingere debet: quia anima nobiliori vacans operationi illi pro viribus intendit, cumquè limitatæ virtutis sit, inferiores deserit potentias, quo vnicum ipsumquè perfectissimum actum eliciat. Cumquè alias obiectum huius actus, prout ab intellectu voluntati proponitur, fit inadæquatum respectu ipsius voluntatis, neque vndequaquè amabilis proponatur, cum licèt Deus sit, non sit clarè visus, manet cum indifferentia voluntas, ac per consequens libera ad ipsum sequendum, aut respuendum. Quando autem Sancti Patres negant libertatem in somnis, de naturali somno loquuntur, non de spirituali, aut prophetico.

Ad secundam dicimus salvari in raptu perfectum iudicium circa principale obiectum; quia cùm iudicium actus intellectus sit, ibiquè detur perfectissima cognitiò, nihil obstat quò minùs iudicium detur perfectum. Pro quo nota hoc inter naturale, & mysticum somnium intercedere discrimen, quòd naturale incipit à ligatione sensuum, quibus ligatis ligatur anima, quæ naturaliter à sensuum operatione dependet, vt nobiliorem actum efficere valeat. At verò in mystico somno ligatio in sensibus provenit á perfectione intellectionis, quatenùs, scilicet, anima ipsi vacans, inferiores deserit potentias. Vnde stat perfectissima intellectus operatio in somno mystico sine sensuum operatione, non verò in somno naturali.

Hinc patet ad tertium: dicimus enim quód admissa ibi aliqua deceptione (non concessa) tamen circa principale obiectum non decipitur cognitio: cumquè per ordinem ad ipsum salvetur libertas, & meritum, manifestè sequitur animam in raptu, & libertatem conservare, & media hac libertate mereri.


Sed contra totam hanc nostram doctrinam objicies: quód si quis in ecstasi, vel in raptu absortum existat; & accidente imperio, seu voce Prælati vt ab illo statu cesset; non cessat: est signum mali spiritus (vt aliqui affirmant) Atqui stante omninò sensuum ligatione posset hoc evenire: ergo libertas, quæ reperitur in

raptu alienationem à sensibus non excludit.

Respondetur ad obiectionem dicendo illum non obesse, sed prodesse nostræ conclusioni, cumquè appertè probare: si enim subditus, etiam in raptu existens, superioris obtemperat voci, quis non videat illum ibi libertate gaudere? Cæterùm quia argumentum, falsò nititur fundamento ex nullo capite nobis adversatur. Et falsò niti fundamento sic ostendo: aut enim intendit quod tunc obedire Prælato est boni spiritus signum: quia ibi Deus in honorem, & commendationem obedientiæ patrat miraculum, & hoc libenti animo concedimus: Cæterum si velit spiritu Dei non agi illum, qui ad vocem Prælati à raptu non cessat; hoc negamus. Quia si Deus illam sensuum ligationem nón solvit: anima sine miraculo vocem audire non potest. Si vocem audire non potest; quomodò obedire voci Prælati tunc tenebit? Præsertim, cùm etsi sæpè Deus similia operetur miracula; ad semper illa fayenda non teneatur. Videatur quæ diximus, & exempla quæ retulimus, *in nostro Manuali, Patrum Spiritualium lib. 3. cap. 13. per totum*. Hucusquè dicta sufficiant. Prælatis obediendi gratia cedat vtinam ad maiorem Dei gloriam; Protoparentum Theresiæ, & Joannis à Cruce præclaram laudem, ac Mecœnatis felicem memoriam. In hoc opere, si quid, veritati, aut Sanctorum Patrum doctrinæ dissonum quid diximus ab hinc libenti animo retractamus.



FINIS.



INDEX NOTABILIVM RERVM.

Prior numerus, Paginam, secundus autem marginalem numerum denotat.

A

B

C

Con-

Do-

prę

Re-

Vnio

FINIS.

in hominem cadere possit[a]. Prout virtus
5 est in abstracto, seu extra hominẽ, duplex
item est ex Aristotele libr. 5. Ethicorum.
6 Vna quæ virtutes omnes cõplectitur, altera quæ vna virtutum est. Prima mater omnium virtutum est, vt in qua & vniuersæ virtutis vsus consistat. Quare & Politicorũ secundo idem Aristoteles, huic reliquas virtutes ancillari, tradit. Scitumque
7 quas virtutes ancillari, tradit. Scitumque Agesilai illud est, qui percõtãti, iustitia an fortitudo melior esset virtus, fortitudine (inquit) opus nihil est, si iustitia absit, quòd si iusti omnes fiant, fortitudine nil erit opus, auctor Plutarchus. Quo sensu & Iustiniani quoq; pulchram nouellã. 69.[b] ac-
8 cipimus. Huc pertinet & Theognidis Megarensis elegiaca sentia pulcherrima.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ, συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ᾽στι
πᾶς δέ τ᾽ ἀνὴρ ἀγαθὸς κύρνε δίκαιος ἐών.

¶Quasi omniũ omnino virtutum summa quædã, iustitia sit: & quicũq; iustus est, idẽ cõtinuo & vir quoq; bonus. Nemo igitur vere iustus, qui non idem & fortis, temperatus, prudẽsq; sit. Est enim in virtute hac cæterarũ omniũ virtutũ quidã quasi cõcẽtus. Lactant, lib. 5. diuin. iustit. Iustitia aut ipsa est summa virtus, aut fons est ipsa vir-

a l. si quid vẽditor. §. 1. ff. de ædi. edic. auth. quomo. opo. epis. §. 1. las. hic ad fi.

b Auth. vt omnes obe. iudi. quin. in princ.

pus Stoicus (auctore Gellio lib. 14. c. 4.) iustitiæ imaginem sic depingit. Facit Chrysippus imaginem iustitiæ, fieriq; solitam esse dicit à pictoribus rhetoribusq; antiquioribus ad hunc ferme modum, forma atq; filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorũ acribus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerẽdę cuiusdã tristitiæ dignitate. Ex imaginis autẽ istius significatione intelligi voluit, iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, anctum, seuerum incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordẽ atque inexorabilẽ, erectumq; & arduum, & potentẽ, vi & maiestate æquitatis, veritatisque terrificum. 14
PERPEtua.) Quia semper est in viridi obseruantia[c], Bald. Quia generalis, Paul. Quia continuata[d], Marius: quod & ipse probo: nam & Theophilus διηνεκής. Qui itaque nõ semper, sed interdũ iuste agit, iustus non est. Lactant. lib. 7. diuin. iustit, Iustitiam virtutem esse ait vniformẽ & simplicem. Sapientiæ. 1. perpetua dicitur, & immortalis. 15
VOLVNtas.) Lex, æquitas affectio animi, habitus animi. idque verius est. Quæ tamen omnia si recte perpendas, in idem

c l. an C. de. d l. 1. ff. de iusti. l. si cui tes. §. ritus. lut. m

lib.19, de ciuitate Dei, hæc exponens Iustitiæ (inquit) munus est, ius suum vnicuique tribuēs. Vnde fit in homine iust⁹ quidam ordo naturę, vt anima subdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipsa & caro. Et hæc de definitione iurisconsulti satis. Namque innumeras aliorum au[illegible] ferre aut persequi, instituti nostri [illegible].



IVRIS præcepta sunt hæc: honeste viuere, alterum non lædere, suum cuiq; tribuere.

1 *Præcepta iuris cur ita dicta, declaratum præter aliorum traditionem.*

2 *Præcipere, quid.*

3 *Affectus tres potentissimi, Libido, Ira, Cupiditas.*

4 *Vxor maritum cogere potest, vt suspectam mulierem dimittat.*

5 *Cognati mulieris inhonestè viuentis implorare iudicis officium poterunt, vt eam honestè viuere compellat.*

6 *Meretrix de vicinia expelli potest.*

7 *l.2.titu. 12.par.7.*

8 *Meretrices cogi possunt, vt signum aut ve-*

cum Valla. Præcepta, id est, doctrinas seu disciplinas exponit. Quod melius est. Sed ego iam olim (quod & nunc probo) Præcepta, quasi anticipationes προλήψεις & cōmunes quasdā animi conceptiones. Præcipere enim non iubere tantū, sed & præ- 2
sentire & præuenire est, Nonio Marcello auctore. Verg. in. 6.

Omnia præcepi atque aīo mecū ante peregi.

Et libro vndecimo.

Exultatque animis et spe iam præcipit hostē.

¶Cicero in officiis. Ingenij magni est præcipere cogitatione futura. Capitolinus in Gordiano, Senatus auctoritate præcepta, id est, præcognita. Nulla enim gens, nullū genus hoīm est, quod de iuris tribus præceptis his non habeat sine doctrina anticipationem: quę Epicuro πρόληψις dicta est præcepta animo informatio quæ id cuiq; dictat, vt hæc obseruet.

HONESTE viuere.) Tres affectus (vt Peripateticis placet) sunt, qui nisi ratione 3
comprimãtur, in omne facinus præcipites agunt, Libido, Ira, Cupiditas: quibus hæc contraria sunt, quæ iuris præcepta appellātur: refręnatur libido, si honeste viuas: ira cohibetur, si nominē lędas: cupiditas repri

10 *Socius inuito socio meretrices ad domum non ducet.*

11 *Socius socio dissentiente socium inhonestum non recipit.*

12 *Inquilinus an possit expelli, eò quòd inhonestas mulieres ad domum ducat.*

13 *Honestè viuēdi præceptū latius patet, quàm vt ad pauca exempla restringatur.*

14 *Honestas in matrimonijs, vel maxime attendenda est.*

15 *l. semper. ff. de ri. nup. declarata.*

16 *Iustū facit non proba, sed innoxia vita.*

17 *Suum vnicuique tribuere, & pars diffinitionis iustitiæ est, & vnum ex præceptis.*

18 *Alterum nō lædere, ius suum vnicuique tribuere, an differant.*



1 VRIS Præcepta.) Pręcepta à præcipiēendo, quasi iura præcipientia Accurs. Sed cum non ea legis virtus semper sit[a], vt præcipiat (vetat enim quandoque, punit, consulit) Zasius

re, id est enim vitium fugere. Sane ex præcepto hoc Martinus Syl. Albericus, & cæteri ad vnum, argumentum sumunt, posse iudicem vxore instante maritum compel
lere, vt suspectam mulierem dimittat: co- 4
gnatos & affines mulieris inhoneste viuē- 5
tis, iudicis officium implorare posse, vt ho
nestè eam viuere cogat: et posse hoc iudi 6
cem vel indicta mulcta. Meretricem de vi
cinia expelli posse[b]: quod & lex Regia[c] 7
quodāmodo quasi confirmat, iudicisq; officiū ad id imploratbitur. Cogi meretrices
posse, vt signū aut vestes portent, quibus 8
à matronis discernantur[d]. Quare & Domitianus (auctore Suetonio) probrosis fœminis lecticæ vsum ademit iusque capiendilegata hęreditatesque: vt memineris tamē meretricem non esse, quæ cum vno aut al
tero, etiā pecunia accepta rē habet: sed eā 9
quæ palā & pluribus se prostituit: solamq; huiusmodi de vicinia posse expelli Alciatus recte existimat[e], ne pbis mulierib⁹ ma
lo sit exēplo. Huc pertinet, & ꝙ socius in- 10
uito

b Pau. in l. nullus. C. de sum. trini. & fi. cath.
c l. 2. tit. 12. part. 7.
d Bald. in l. mimæ. C. de epis. aud.
e Alc. in l. Massurius. ff. de verb. signifi.

is. j.